

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Tullius Cicero Mannvciorm Commentariis Illvstratvs
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens Orationum Volumen Primum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiiis, 1583

M Tullii Ciceronis Actionis II In Verrem Liber II Oratio VII

[urn:nbn:de:gbv:45:1-764059](#)

M · TULLI · CICERONIS ACTIONIS · II · IN · C · VERREM

L I B E R . I I

O R A T I O · V I I

VLT A mibi necessario, iudices, praeremittenda sunt, ut possim aliquando de iis rebus, quae meae fidei commissae sunt, dicere, recipi enim causam Siciliae, ea me ad hoc negotium prouincia attraxit. ego tamen, hoc onere suscepimus, & recepta causa Siciliensi, amplexus animo sum aliquanto amplius. suscepimus enim causam totius ordinis: suscepimus populi R. quod putabamus denique recte iudicari posse, si non modo reus improbus adduceretur, sed etiam diligens, & firmus accusator ad iudicium ueniret. quo mibi maturius ad Siciliae causam uenientem est, relictis ceteris eius fortis, ac flagitiis: ut & uiribus quam integerrimis agere, & ad dicendum temporis satis habere possum. atque adeo, ante quam de incommodeis Siciliae dico, pauca mibi uidentur esse de prouinciae dignitate, metuflate, utilitate dicenda. nam, cum omnium sociorum prouinciarumq. rationem diligenter habere debet: tum praecepimus Siciliae, iudices, plurimis, iustissimisq. de causis: primum, quod omnium nationum exterrarum princeps Sicilia se ad amicium, fidemq. populi R. applicat: prima omnium, il quod ornamentum imperij est, prouincia est appellata: prima docuit maiores nostros, quam praeclarum est ex exteris gentibus imperare: sola fuit ea fide, benevolentia, erga populum R. ut ciuitates eius insulae, quae semel in amicitiam nostram uenissent, numquam postea deficerent, pleraque autem, & maxime illustres in amicitia perpetuo manerent. itaque maioribus nostris in Africā ex hac prouincia gradus imperij factus est, neque enim tam facile opes Carthaginis tantae concidissent, nisi illud & rei frumentariae subsidium, & receptaculum classibus nostris pateret. quare P. Africanus, Carthagine delecta, Siculorum urbes signis, monumentisq. pulcherrimis exornauit, ut, quos uictoria populi R. maxime lactari arbitrabatur, apud eos monumenta uictoriae plurima collocaret. denique ille ipse M. Marcellus, cuius in Sicilia uirtutem hostes, misericordiam uicti, fidem ceteri Siculi perspexerunt, non solum sociis in eo bello consuluit, uerum etiam superatis hostibus temperauit, urbem pulcherrimam Syracusas, quae cum manu munitissima esset, tum loca natura terra, ac mari claudebatur, cum uī consilioq. ceperit, non solum incolumem passus est esse, sed ita reliquit ornatam, ut esset idem monumentum uictoriae, mansuetudinis, continentiae; cum homines uidarent, & quid expugnasset, & quibus pepercisset, & quae reliquisset. tantum ille hominem Siciliac habendum putauit, ut ne hostium quidem urbem ex sociorum insula tollendam arbitraretur. itaque ad omnes res Sicilia prouincia semper uī sumus: ut, quidquid ex se se posset efferre, id non apud eos nasci, sed domi nostrae conditum putaremus. Quando illa frumentum, quod debet, non ad diem dedit? quando id, quod opus es-

se putaret, non ultro pollicita est? quando id, quod imperaretur, recusauit? itaque ille M. Cato sapiens cellam penitentiam recipit nostrae, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit. nos vero experti sumus Italico maximo difficultimo bello, Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro aerario illo maiorum uicere, ac reserto fuisse. nam sine illo sumptu nostro, corijs, tunicis, frumentoq. suppeditato, maximos exercitus nostros uectivavit, aluit, armavit. Quid illa, quae forsitan ne sentimus quidem, iudices, quanta sunt & quod multis loquenteribus ciuiis utimur: quod habent propinquam, fidelem, fructuosamq. prouinciam, quo facile excurrant, ubi libenter negotium gerant: quos illa partim mercibus suppeditandis cum quaestu, compendioq. dimittit, partim retinet, ut crare, ut pascerre, ut negotiari libeat, ut denique sedes, ac domicilium collocare. quod commodum non mediocre populi R. est, tantum ciuium R. numerum tam prope ab domo, tam bonis fructuosisq. rebus detineri. Et, quoniam quasi quedam praedia populi R. sunt uectigalia nostra, atque prouinciae, quemadmodum propinquis uos uestris praedijs maxime delectamini, sic populo R. iucunda suburbanitas est huic prouinciae. Iam uero hominum ipsorum, iudices, ea patientia, uirtus, frugalitasq. est, ut proxime ad nostram disciplinam, illam ueterem, non hanc, quae nunc increbuit, uideantur accedere. nihil ceterorum simile Graecorum, nulla desidia, nulla luxuria: contra summus labor in publicis, priuatisq. rebus, summa parcimonia, summa diligentia. Sic porro nostros homines diligent, ut his solis neque publicanus, neque negotiator odio sit. Magistratum autem nostrorum iniurias ita multorum tulerunt, ut numquam ante hoc tempus ad aram legum praefiduumq. uestrum publico consilio conuigerint. tametsi & illum annum pertulerant, qui sic eos affixerat, ut salvi esse non possent, nisi C. Marcellus, quasi aliquo fato, uenisset; ut bis ex eadem familia salus Siciliae constitueretur; postquam M. Antonij infinitum imperium senserant. sic a maioribus suis accepterant, tanta populi R. in Siculos esse beneficia, ut etiam iniurias nostrorum hominum perferendas putarent. in neminem ciuitates ante hunc testimonium publice dixerunt. hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si usitato more, si denique uno aliquo in genere peccasset. sed, cum perferre non possent luxuriem, crudelitatem, auaritiam, superbiam; cum omnia sua commoda, iura, beneficia senatus populusq. R. unius sceleris, ac libidine perdidissent: hoc statuerunt, aut istius iniurias per nos uicisci, & perseguiri, aut, si uobis indigni essent nisi, quibus opem auxiliumq. ferre, ciuitates, ac sedes suas relinquere, quandoquidem iam ante istius iniurij ex agitati reliquissent. hoc consilio a L. Metello legationes universae petiverunt, ut quamprimum isti succederet: hoc animo roties apud patrones

erinos de suis miserijs deplorarunt. hoc commoti dolore postulata consulibus, quae non postulata, sed in istum crimina uiderentur esse, ediderunt: fecerunt etiam, ut me, cuius fidem, continentiamq. cognoverant, prope de uitae statu dolore, ac lacrymis suis deducerent, ut ego istum accusarem; a quo mea longissime ratio uoluntasq. abhorrebat. quamquam in hac causa multo plures partes mibi defensionis, quam accusatio- nis, suscepisse uideor. postremo homines ex tota provincia nobilissimi, primi. publice priuatisq. uenie- runt: grauissima, atque honestissima queque ciuitas uehementissime suas iniurias persecuta est. at quemadmodum, iudices, uenerunt? uideor enim mibi liberius apud nos iam pro Siculis loqui debere, quam forsan ipsi uelint. saluti enim eorum potius consulam, quam noluntati. Ecquem existimat? umquam illa in provincia reum absentem, contra inquisitionem accusato- ris, tantis opibus, tanta cupiditate, esse defensum? quaestores uriusque prouinciae, qui isto praetore fuerant, cum fascibus mibi praefecti fuerunt. bi porro, qui successerunt, uehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibarijs tractati, non minus acres contra me fuerunt. uidere, quid potuerit, qui quatuor in prouincia quaestores studiosissimos defensores, propugnato- resq. habuerit, praetorem uero cobortemq. toram sic studiosam, ut facile appareret, non tam illis Siciliam, quam inanem offenderant, quam Uerrem ipsum, qui plenus decesserat, prouinciam fuisse. minari Siculis, si decressent legationem, quae contra istum diceret: minari, si qui essent profecti: alijs, si laudarent, be- nigrissime promittere; grauissimos priuatarum rerum testes, quibus nos praesentibus denunciavimus, eos u custodisq. retinere. quae cum omnia facta sint, tamen unam solam scitote esse ciuitatem Mamertinam, quae

publice legatos, qui istum laudarent, miserit. eius au- tem legationis principem ciuitatis nobilissimum C. He- dum turatum dicere auditis, isti naem ueriarium ma- ximam Messanae esse publice coactis operis aedifica- tam. idemq. Mamertinorum legatus, istius laudator, non solum istum bona sua, uerum etiam sacra, deosq. penates, a maioribus traditos, ex aedibus suis ei- puisse dixit. Praeclara laudatio, cum duabus irre- bus legatorum una opera consumitur, in laudando, atque reperendo. atque ea ipsa ciuitas qua ratione illi amica sit, dicerit certo loco. reperiens enim, que causa benevolentiae sint Mamertini erga istum, ea ipsas causas satis instas esse damnationis. alia ciuitas nulla iudices, publico consilio laudat. uis illa summi imperij tantum potuit apud perpancos homines, non ciuitates, ut aut leuissimi quidam ex miserrimi, desertissimisq. opidis inuenirentur, qui inuolu populi, ac senatus proficiserentur; aut i, qui contra istum le- gatos decreuerant. & testimonium publicum, manda- taq. acceperant, ui ac metu retinerentur. quod ego in paucis tamen usu uenisse moleste fero, quo reliqua tot, & tantae, & tam graues ciuitates, tota denique Si- cilia plus auctoritatis apud nos haberet, cum uide- retis nulla ui retineri, nullo periculo prohiberi posse, quo minus experirentur, ecquid apud nos querimo- niae ualerent antiquissimorum, fidelissimorumque so- ciorum. nam, quod fortasse non nemo uestrum au- dierit, istum a Syracusanis publice laudari; id tametsi priore actione ex Heraclij Syracusanis testimo- nio, cuiusmodi esset, cognovistis; tamen uobis alio loco, ut se tota res habet, quod ad eam ciuitatem at- tinet, demonstrabitur. intelligitis enim, nullis homini- bus quemquam tanto odio, quanto istum Syracusanis esse, & fuisse.

EXPLANATIO

Q V. A. E. meae fidei commissae sunt, & quae pertinent ad crimen repetundarum. TOTIUS or- dinis, & senatorij, infamia laborantis propter iudicia. SVSCEPI caussam populi Romani: & in Diuin. Ego in hoc iudicio mihi Siculorum caussam receptam, populi Romani suscep- tam esse arbitror. T V M denique & quasi factum antea non esset, ut & reus improbus adducere- tur, & diligens ac firmus accusator ad iudicium ueniret. defuit enim improbo reo diligens, & firmus accusator, ideo recte indicatum non est. DILIGENS, & qui caussam diligenter ageret, crimina quac- que pro sua fide ita persequeretur, ne reum elabi nocentem sineret. FIRMS: & non ab initio, sed aliquanto post: quae autem ab initio, in amicitia perpetuo manserunt. EXORNAVIT: & restituens ea, quae uictores Poeni abstulerant. CETERI Siculi: & socij eius in bello. HOSTIVS: Siculis. ORNA- TAM, & signis, monumentisq. pulcherrimis. HOSTIVM: eorum, qui hostes fuerant populi Roma- ni. PRO aerario illo maiorum ueteri, ac referto: & non pro hoc inani, quod nunc habemus. Aeraria tria: Romae fuisse, scripsimus ante multos annos, unum ex tributis, uectigalibus, praeda bellica, unde pecunia, poscentibus reip. rationibus, quotidie promebatur: quo cum intulisset L. Paullus, deuicta Macedonia, ter millies, id est scutatorum tricies centena millia, magna tamen, haec dicente Cicerone, eius aerarij fuit inopia, credo propter maximos Itali ci belli, magis etiam propter ciuilis Marianii sum- ptus, de quo aerario sunt illa lib. III. Si potest ista pecunia sine aratorum iniuria detrahi: populus Romanus habeat, praesertim in tantis aerarij angustijs. Et in orat. de prou. Quibus quidem uos, in his angustijs aerarijs, tamen subueniatis neccesse est. Alterum ex uicelima, quod sanctius uocabatur, quia non aperiretur, nisi difficillimiis reip. temporibus. Tertium, in quo pecunia in Gallicum bellum eroganda custodiaretur: quam attungi, nisi Gallicum bellum urgeret, exsecrationibus publicis ueitum est. Ex his tribus aerarijs, quaeri potest, quodnam illud fuerit, cuius inopiam saepe queritur Cicero. Sanctius esse non potuit; in quo cum aurum uicesimarium ad ultimos casus, auctore Liuio, seruare- tur, ad inopiam redigi non potuit. An Gallicum? multo minus. id enim primus Caesar, ut Appia- nus lib. II. narrat, pullo Italia Pompeio, aperuit, quasi, debellatis a se Gallis, exsecrationes illae pu- blicae locum iam non haberent. Necesse igitur est, inopiam eius aerarij a Cicerone significari, quo, ut diximus,

ut diximus, ex uectigalibus, tributis, praeda bellica pecunia conferebatur. quod si ita est: errauit Lu-

canus, cum illa de Caesare scripsit:

Tunc aditus imo

Eruitur templo, multis intactus ab annis,
Romani census populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perse, quem uicti praeda Philippi.

Quae enim non solum ex deuictis hostibus, quam nominat Lucanus, uerum etiam ex uectigalibus, tributisq. collecta pecunia fuerat, eam uniuersam ante ciuile Pompeianum bellum consumptam fuisse, quis ex eo non intelligit, quod Pompeius initio belli sanctius aerarium, in quo uicesimarium tantum etatuarum, seruatum ad ultimos casus, aperire coactus est? T A M prope ab domo, & tam prope domum. Q V A E nunc increbuit, & quae coepit esse, ueterem sublata. Phil. 14. Si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidisset: non cum hac consuetudine, quae increbuit, imperato-rem appellaret senatus? A D A R A M legum, & pro, ad sanctissimas leges. P R A E S I D I V M O u e s t r u m & uelstra enim aequitas praefidium socijs est, a uestris magistrabus iniurios tractatis. P U B L I C O consilio & questum enim de suis iniurijs contra M. Lepidum, qui praetor in Sicilia fuerat, sed non publico consilio uenerant. in Diuin. Cuncti ad me publice saepe uenerunt. M. ANTONIUS & cui maritima o-
mnis ora, infinito cum imperio, tuenda tradita est. supra. L V X V R I E M , crudelitatem, auaritiam, su-
perbiā in contumelijs esficer potuisse. Lib. I. Hora nulla uacua a furto, a scelere, crudelitate, flagitio reperiatur. A P V D patronos & Marcellos. C O N S V L I B V S & Pompeo, & Craſo. F E C E R V N T etiam, ut me prope de uitiae meae statu deducerent, & modus loquendi, Fecerunt ut. Sic act. I. Fecit animo libentissimo populus Romanus, ut, cuius diuinijs me de fide deducere non potuerint, ne eiudem pecunijs de honore deiſcerer. C O G N O V E R A N T , & cum apud eos quaestor essem. P R O P E & non omnino, sed prope deducerent. nam etsi istum accuso, mea tamē ueterē defendendi consuetudine multo magis delector: & nunc quidem unum accuso, defendo Siciliam totam. Q V A M Q V A M i n h a c cauſa multo plures partes mibi defensionis, quam accusationis, suscepisse uideor, & cauſam exposuit in Diuin. his uerbis: Defendo enim multos mortales, multas ciuitates, prouinciam Siciliam totam. Q V A E S T O R E S utriusque prouinciae, & Syracusanus, & Lilybaetus. C V M fascibus & quaestores in prouincijs fascibus uos esse, diximus in orat. pro Quinctio. M I H I praefecto fuerunt, & non dicit eos ad se uenisse, uerum, ubi inquirere in Verrem coepit, statim omnia sua studia, omnemq. potestatem ad eum defendendum contulisse. II. P O R R O , & alij duo, L. Metelli praetoris, qui Verri successit. Q V I successerunt, & quaestoribus Verris. M E S S A N A E & urbs ipsa Messana, ciuitas Mamertina uocabatur. Messanae enim Mamertini, natio Campana, habitabant. sic infra, cum Messanam nominasset, ciues uocauit Mamertinos. Quid uero, inquit, Messana, quem etsi sibi locum maxime tutum arbitrabatur, ubi animo semper soluto, liberoq. erat, quod sibi iste Mamertinos delegerat, ad quos omnia, quae aut diligentius seruanda, aut occultius exportanda erant, deportaret? P U B L I C E coalitis operis & Mamertinorum sumptu publico. S V M M I imperij & praetoris Siciliensis L. Metelli. I N I V S S V populi, ac se-
natus & propterea solam ciuitatem Mamertinam publice legatos, qui laudarent, misisse dixit. L E G A T O S decreuerant, & sententia postulat, Legati decreti erant. aut, ne quid mutetur, praesertim contra ueteres libros, existimandum, ex ijs ipsijs, qui contra Verrem legatos decreuerant, aliquos testimoniū publicū. mandataq. accepisse, ut legati Romam proficiscerentur. T O T , E T tanta, & tam graues ciuitates, & augent singula, ut lib. I. Tot, tantus, tam nefarijs criminibus. A L I O loco, &
lib. IV.

O R A T I O

A T enim istum soli Siculi persequuntur, ciues R. qui in Sicilia negotiantur, defendant, diligunt, saluum esse cupiunt. Primum, si ita esset, tamenos in quaestione de pecunijs repetundis, quae so-
ciorum cauſa constituta est, lege indicioq. sociali, so-
ciorum querimonias audire oporteret. sed intelligere potuisse priore actione, ciues R. ex Sicilia plurimos, beneſſimos, maximis de rebus, & quas ipsi accepis-
sent iniurias, & quas scirent alijs esse factas, pro
testimonia dicere. ego hoc, quod intelligo, iudices,
si confirmo. uideor mihi gratum fecisse Siculis, quod
eorum iniurias meo labore, inimicitiis periculo sim
persecutus. non minus hoc gratum me nostris ciuibus
intelligo fecisse, qui hoc existimant, iuris, libertatis, re-
rum fortunarum, suarum salutem in istius damnatio-
ne consistere. Quapropter de istius praetura Siciliensi,

non recuso, quinita me audiatis, ut, si cuiquam generi hominum, siue Siculorum, siue nostrum ciuium, siue
cuiquam ordini, siue aratorum, siue pecu.riorum, siue
mercatorum probatus sit; si non horum omnium com-
munis hostis, praedoq. fuerit; si cuiquam denique ul-
la in re umquam temperauit; ei uos quoque tempere-
tis. Qui, simul atque ei forte prouincia Sicilia obuen-
nit, statim Romae, & ad Vrbem, ante quam profici-
sceretur, quaerere ipse secum, & cogitare cum suis
coepit, quibusnam rebus in ea prouincia maximam uno
anno pecuniam facere posset. nolebat in agendo disce-
re, (tametsi non prouinciae rudis erat, & tiro) sed
in Siciliam paratus ad praedam, meditatusq. ueni-
re cupiebat. O p raeclare coniectum a uulgo in illam
prouinciam omen communis famae, atque sermonis;
cum ex nomine istius, quid in prouincia facturus esset,

V perridiculi

perridiculi homines augurabantur. etenim quis dubitare posset, cum istius in quaestura fugam, & furtum recognosceret, cum in legatione opidorum sanorumq. spoliationes cogitaret, cum uideret in foro latrocina

praeturae, qualis iste in quarto actu improbitatis futu-
rus esset? atque ut intelligatis eum Romae quaeſſe non modo genera furandi, sed etiam nomina: ceriſſum accipite argumentum, quo facilius de singulari eius impudentia exſtimare poſſuis.

EXPLANATIO

ME o labore, & accusandi onere suscepto. PERICVLO & quod mihi ab eorum inimicissimo ho-
mine, eiusq. amicis impendet. STATIM Romae, & cum adhuc praetor urbanus esſet. AD VR
BEM & cum, absoluta in urbe praetura, extra pomerium esſet cum imperio, in prouinciam iturus, no-
tum loquendi genus, nota res. NON prouinciae rudit erat, fuerat enim in Cilicia legatus, & proqua-
stor Dolabellae, omnesq. iam furandi uias, artesq. didicerat. EX NOMINE istius, & fore dicebant, ut
Verres prouinciam euerteret. FVGAM, & auersa pecunia publica, prodito Carbone consul. IN
FORO & in aede Castoris.

ORATIO

QVO die Siciliam tetigit, (uidete, satis ne paratus uenerit) statim Messana litteras Haleſam mittit: quas ego iſum in Italia ſcripſiſſe arbitror: nam ſimul atque e naui egressus eſt, dedit operam, ut Haleſinus ad ſe Dio continuo ueniret: ſe de hereditate uelle co-
gnoscere, quea eius filio a propinquuo homine Apol-
lodooro Laphirone uenifret. ea erat, iudices, pergran-
dis pecunia. hic eſt Dio, iudices, nunc beneficio Q.
Metelli ciuiſ R. factus: de quo multis uiris prima-
rijs teſtibus, multorumq. tabulis uobis priore actione
ſatisfactum eſt, HS undecies numeratum eſſe, ut eam
cauſam, in qua ne tenuiſſima quidem dubitatio poſſet
eſſe, iſto cognofcente obtineret: praeterea greges no-
bilissimarum equarum abatlos: argenti, uelisq. ſra-
gulae, domi quod fuerit, eſſe direptum: ita HS undecies
Q. Dionem, quod hereditas ei obuenifret, nullam
aliam ob cauſam, perdidiffe. Quid? haec hereditas
quo praetore Dionis filio uenerat? eodem, quo P.
Annij Senatoris filiae, eodem quo M. Liguri Senato-
ri, C. Sacerdoce praetore. quid? tum nemo molesius
Dioni fuerat non plus, quam Liguri Sacerdoce praetore.
quid? ad Verrem qui detulit? nemo: niſi forte
exſtimatis ei quadruplatores ad fretum praefo fuiffe.
ad urbem cum eſet, audiuit, Dioni cuidam Siculo per-
magnam uenisse hereditatem, heredem ſtatua in ſum
eſſe in foro ponere; niſi poſuifret, Veneri Erycinae
eſſe multatum. tametsi poſita eſſent ex testamento;
putabat tamen, quoniam Veneris nomen eſſet, cauſam
pecuniae ſe reperturum. itaque apponit, qui pe-
tit Veneri Erycinae illam hereditatem. non enim quae-
ſtor petit, ut eſt conſuetudo, iſ, qui Erycimum mon-
tem obtinebat. petit Naeuius Turpio, quidam iſtius
excufor, & emissarius, homo omnium ex illo conuen-

tu quadruplatorum deterrimus, C. Sacerdoce praeto-
re condemnatus iniuriarum. etenim erat eiusmodi cauſa, ut ipſe praetor cum quaereret calumniatorem, paulo tamen confidatiorem reperire non poſſet. hic hominem Veneri absoluit, ſibi condemnat. maluit uidelicet homines peccare, quam deos; ſe potius a Dio-
ne, quā non licebat, quam Venerem, quod non debebatur, auferre. Quid ego nunc hic Sex. Pompeij Chlo-
ri teſtimonium recitem? qui cauſam egit Dionis, qā
omnibus rebus interfuit, hominis honiſſimi; tamet-
si ciuiſ R. uirtutis cauſa iam diu eſt, tamen omnium
Siculorum primi, ac nobiliſſimi. quid ipſius Q. Ca-
eciliij Dionis, hominiſ probatissimi, ac pudentiſſimi?
quid L. Veteclij Liguris, T. Manlij, L. Caleni? quo-
rum omnium teſtimonij de hac Dionis pecunia confor-
matum eſt. dixit hoc idem M. Lucullus, ſe de his
Dionis incommodis pro hospitio, quod ſibi cum meo
eſtet, iam ante cognofce. quid? Lucullus, qui tum in
Macedonia fuīt, melius haec cognouit, quam tu,
Hortensij, qui Romae fuīſt? ad quem Dio conſiguit:
qui de Dionis iniurijs grauiſſime per litteras cum Ver-
re queſtus es. noua tibi haec ſunt, & inopinata? nunc
primum hoc aures tuae crimen accipiunt? nihil de Dio-
ne, nihil de ſocru tua, femina primaria, Scilla, ueteri
Dionis hospita, audifi? non ne multa meite-
ſtes, quae tu ſciſ, neſciunt? non ne te mihi teſtim in
hoc crimine eripuit, non iſtius innocentia, ſed legi ex-
ceptio? Recita teſtimonia. TESTIMONIA. M. LV.
CVLLI. CHLORI. DIONIS. Satis ne uobis ma-
gnam pecuniam Venerius homo, qui e Chelidonis fi-
ni in prouinciam profectus eſtet, Veneris nomine que-
ſſe uidetur? accipite aliam in minore pecunia non mi-
nus impudentem calumniam.

EXPLANATIO

BENEFICIO Q. Metelli? ideo Q. Caecilius Dio uocabatur. Et infra: Cn. Pompeius Theodorus,
Cn. Pompeij beneficio ciuiſ Romanus. Et lib. IV. Diodorus qui appellabatur, Q. Lutatius
Diodorus dicitur, quia Q. Lutatij Catuli beneficio ciuiſ Romanus a L. Sulla factus erat. Hi autem o-
mnes Romana cognomina non ſumebant, ſed tantum praenomina, & nomina, cognominis autem
loco uetus nomen retinebant, ut Dio, Theodorus, Diodorus. HS VNDÉCIES & ſcutatorum trigin-
ta tria

ta tria millia. **VESTISQ.** stragulae § nomine uestis aulaca, tapetia, & omnino quidquid sterni posset, comprehendebatur. Nisi forte § dixi iam, saepe hoc ad negandum pertinere. neque hic significat, quadruplatores ad fretum uenisse, ut cum Verre de Dionis hereditate loquerentur, sed ab iis Verrem, cum ad urbem esset, audiuisse. **C. SACERDOTE** praetore. § Siciliensi. **QUADRUPLATORES** § qui accusarent spe lucri, quae bonorum damnati quarta pars erat. **AD FRETUM** § qui praefecto ei fuerant non ad fretum, sed ad urbem cum esset. **VENERI** Erycinæ esse multatum. § deberi Erycinæ Veneri hereditatem illam. **APPONIT** § malitiose, ut lib. III. Apponitur Venuleius quidam. Lib. V. Apponitur his tamen accusator. **QVI** Erycīnum montem obtinebat. § is erat Q. Caecilius Niger, qui propterea, ut in Diuin. legitur, Agonis, libertae Veneris Erycinæ, bona uendidit; quasi Veneris essent. **HVNC** hominem § Dionis filium. **NAEVIVS** Turpio, § lib. V. Apponitur his tamen Naevius Turpio quidam, qui C. Sacerdote praetore iniuriarum damnatus est, homo bene appositus ad istius audaciam: quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia praecursorem habere solebat, & emissarium. **VENERI** § ad quam, nisi ita uas in foro potuisset, hereditas illa pertinebat. **A SOLVIT**, § argute, condemnat Verres Dionem: sed hereditatem illam ad se transfert, Veneri nihil tribuit: ut eum Veneri absoluisse, sibi condemnasse uideretur. **QVID** ego nunc hic Sex. Pompeij Chlori testimonium recitem? § modus amplificandi, ut infra: Quid ego istius in iure dicendo libidinem demonstrem? Lib. I. Quid ego nunc in altera actione Dolabellæ spiritus, quid huius lacrymas, & concusiones proferam? **QVI** causam egit Dionis, § apud Verrem in Sicilia. **VIRTUTIS** causa § & beneficio Sex. Pompeii: a quo prænomen, & nomen accepit: cum ipse Chlorus esset. **L. CALENI** § Faustæ gentis. **QVI** TVM in Macedonia fuit, § M. Terentius Lucullus, L. Luculli frater, Macedoniae præfuit, & ex ea triumphauit. in Pisonem, Appianus, Florus, Eutropius, Orosius. **D. DIONE** § a Dione. **LEGIS** exceptio. § quae patronos reorum testimonio liberat.

O R A T I O

SOSIPVS, & Epicrates fratres sunt Agyrinenses. horum pater ab hinc duos & xx annos est mortuus, in cuius testamento quodam loco, si commissum quid esset, multa erat Veneri. ipsos xx annos, cum tot interea praetores, tot quaestores, tot calumniatores in prouincia fuissent, hereditas ab his Veneris nomine petita non est. causam Verres cognoscit: per Volcatium pecuniam accepit, fere ad HS cccccc milia ab duobus fratribus, multorum testimonium auditiss antea: uicerunt Agyrinenses fratres, ita, ut egenites inanesq. discederent. At enim ad Verrem pecunia ista non peruenit, quae est ista defensio? utrum, asseneratur in hoc, an tentatur: mihi enim noua res est. Verres calumniatores apponebat: Verres adesse iubebat: Verres cognoscet: Verres iudicabat: pecuniae maxime dabantur: qui dabant, causas obtinebant: tu mihi ita defendas. Non est ista Verri numerata pecunia: adiuuo te: mei quoque testes idem dicunt: Volcatio dicunt se dedisse. quae uts erat Volcatio tanta, ut HS cccccc milia duobus hominibus auferret? ecquis Volcatio, si sua sponte uenisset, unam libellam dedisset? ueniat nunc, experientur: tecum recipiet nemo. at ego amplius dico. HS quadringenties accepisse te arguo contra leges: nego, tibi ipsi ullum nummum esse numeratum: sed cum ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniae dabantur, non erat querendum cuius in manu numerarentur, sed cuius iniuria cogeneratur. comites illi tui delecti, manus erant tuae: praefetti, scribae, medici, accensi, baruspices, praecones, manus erant tuae: ut quisque te maxime cognitione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur. cohors tota illa tua, quae plus mali Siciliae dedit, quam si centum cohortes fugitiuum fuissent, tua manus sine controuersia fuit. quidquid ab horum quopiam captum est, id non modo tibi datum, sed in tua manu numeratum iudicari necesse est. nam si hanc defensionem probabit, Non accepit ipse: licet omnia de pecunijs repetundis iudicia tollatis: nemo umquam tam reus, tam nocens adducetur, qui ista defensione non posset utiliter cum Verres utatur, quis erit umquam post hac reus tam perditus, qui non ad Q. Mucij innocentiam referatur, si cum isto conferatur? neque nunc tam mibi isti Verrem defendere uidentur, quam in Verre defensionis tentare rationem, qua de re, iudices, uobis magnopere prouidendum est. pertinet hoc ad summam reip. & ad existimationem ordinis, salutemq. sociorum. si enim innocentes existimari uolumus; non solum nos abstinentes, sed etiam nostros comites praestare debemus. primum omnium, opera danda est, ut eos nobiscum ducamus, qui nostræ famae, capitiq. consulant: deinde, si in hominibus eligendis nos spes amicitiae fecellerit, ut uindicemus, missos faciamus; semper ita uiuamus, ut rationem reddendam nobis arbitremur. Africani est hoc, hominis liberalissimi, uerum tamen ea liberalitas est probanda, quae sine periculo existimationis est: ut in illo fuit. cum ab eo quidam uetus affectator ex numero amicorum non impetraret, ut se praefectum in Africam duceret, & id ferret moleste: Noli, inquit, mirari, si tu a me hoc non impetas: ego iampridem ab eo, cui meam existimationem caram fore arbitror, peto, ut mecum praefectus proficiatur, & adhuc impetrare non possum. Etenim re uera multo magis est petendum ab hominibus, si salvi esse uolumus, ut eant nobiscum in prouinciam, quam hoc illis in beneficij loco deferendum. sed tu, cum & tuos amicos in prouinciam, quasi in praedam, invitabas; ac cum illis, ac per eos prædabare; & eos in concione anulis aureis donabas: non statuebas, tibi non solum de te, sed etiam de illorum factis rationem esse reddendam? Cum hos sibi quaestus constitueret magnos, atque uberes ex ijs causis, quas ipse instituerat in consilio, hoc est cum sua cohorte, cognoscere; tum infinitum genus inuenierat ad innumerabilem pecuniam corripiendam.

EXPLANATIO

VENERIVS homo, qui amoribus delectaretur, iocatur & in sententia, & iterato Veneris nomine, sic infra, & lib. V. Si COMMISSVM quid esset, si quid heredes, contra quam scriptum est in testamento, commisissent. IPSOS XX annos sunt integros XX annos: ut in ep. ad Coelium: Ego, cum Athenis decem ipsos dies suissem, proficiscebar inde pr. non Quintus. CCC MILLIA sunt scutorum duodecim millia. VICERVNT causam obtinuerunt, absoluti sunt. QVAE uis sunt quae potestas. VENISSET, in Siciliam. VENIAT nunc: pro, eat nunc. VNAM libellam unum aitem, nam libella, & as idem valebant, id est sextertij nummi quartam partem: sed libella ex argento, as ex aere cudebatur. Similiter in ea pro Quintio, Alsem sese negat daturum. CENTVM cohortes sunt iocatur in cohorte militari, & cohorte praetoria. FUGITIVORVM utitur hoc exemplo, quia fugitiui, Athenione duce, multis Siciliam malis afficerant: de quibus M. Aquillius triumphauit. Cicero, Appianus, alii. Q. MCVII qui Asiam innocentissime rexit, in Diuin. DEFENSIONIS sunt quae ad omnes reos pertineat, nam, si haec defensio probatur in Verre, omnes absoluuntur. NON SOLVM nos abstinentes, sed etiam nostros canimus praefare deleremus. Idem praecepit Q. fratri: Circumspiciendum diligenter, ut in hac custodia prouinciae non te unum, sed omnes ministros imperii tui sociis, ciuibus, & reip. praefare videare. OPERA tanta danda est, similitudo, quae est inter, Tanta, &, Danda, fortasse Tanta huc induxit, uerbum minime necessarium. CAPITIO. sunt saluti, & incolumitati. AFRICANI sunt nihil additur, de minore semper intelligendum. LIBERALISSIMI: maxime ad gratificandum, commodandumq. propensi. nam Liberalitas generale uocabulum est, nec ad largitionem tantum pertinet. VERUMTAMEN, notam hic appono subdistinctionis, hoc sensu: Dicebat Africanus, propensus ille quidem uel maxime ad liberalitatem, uerumtamen, (subaudi, dicebat) Ea liberalitas est probanda, quae sine periculo existimationis est, nam Africani sententia incipit in, Ea liberalitas, non in, Verumtamen. Est autem usitatus loquendi modus, ut lib. I. Qua potestate iste permisso, ut ex C. Fannio, & ex Q. Tadio cognovistis, uerumtamen cum esset omnibus in rebus. PRAEFFECTVM sunt equestrium turmarum. PETENDVM sunt beneficii loco. SI SALVI esse uolumus, si nostra famea, capitique consultum uolumus. ANVILIS aureis sunt scribam Verris significat, de quo lib. I.

ORATIO

DUBIVM nemini est, quin omnes omnium pecuniae posita sint in eorum potestate, qui iudicant, & eorum, qui indicant; quin nemo nostrum possit aedes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere, si, cum haec a quopiam uestrum petita sunt, praetor improbus, cui nemo intercedere possit, det quem uelit iudicem, index nequam, & leuis, quod praetor inferrit, indicet. si uero illud quoque accedit, ut praetor in ea uerba iudicium det, ut uel Octavius Balbus index, homo & iuris, & officij peritissimus, non possit alter iudicare: sit eiusmodi: L. OCTAVIVS. IV DEX ESTO. SI. PARET. FVN DVM. CAPE NATEM. QVO. DE. AGITVR. EX. IV RE. EV M. P. SERVILIT. ESSE. NE QVE IS. FVN DVS. Q. CATVLO. RESTITVETVR. non necesse erit L. Octavio iudici, cogere P. Seruiliu, Catulo fundum restituere, aut condemnare eum, quem non oporetat: eiusdem modi totum ius praetorium, cuiusmodi omnis res iudicaria fuit in Sicilia per triennium Verre praetore. Decreta eiusmodi. SI. NON. ACCIPIT. QVOD. TE. DEBERE. DICIS. ACCVSES. SI. PETIT. DV CAS. C. Fuficum duci iussit petitorem, L. Suetium, L. Raciliu. Indicia huiusmodi. QVI. CIVES. R. ERANT. SICVL. ESSENT. TVM. SI. EORVM LEGIBVS. DARI. OPORTERE. QVI. SICVL. SI. CIVES. R. ESSENT. Verum, ut totum genus complectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite. Sicul. hoc iure

sunt, ut, quod ciuius cum ciue agat, domi certet suis legibus; quod Siculus cum Siculo, non eiusdem ciuitatis, ut de eo praetor iudices ex P. Rupili decreto, quod is de decem legatorum sententia statuit, quam legem Siculi Rupiliam uocant, sortiatur. quod priuatus a populo petit, aut populus a priuato, senatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet, datur, cum alternae ciuitates reiectae sunt. quod ciuius Romanus a Siculo petit, Siculus index datur. quod Siculus a ciue Romano, ciuius R. datur. ceterarum rerum selecti iudices ex ciuium R. conueni proponi solent. inter aratores, & decumanos legem frumentaria, quam Hieronicam appellant, iudicia fiunt. haec omnia isto praetore non modo perturbata, sed plane & Siculis, & ciuiis R. recta sunt. prium suae leges. quod ciuius cum ciue ageret, aut eum iudicem, quem commodum erat, praetorem, barufficem, medicum sum dabat: aut, si legibus erat iudicium constitutum, & ad ciuem suum iudicem uenabant, libere ciui indicare non licebat. edictum enim bonis cognoscere: quo edicto omnia iudicia redegerat in suam potestatem: Si quis perperam indicasset, se cognitum: cum cognosset, animaduerstrum. idcum faciebat, nemo dubitat, quin, cum index alium de suo iudicio pateretur iudicatum, seq. in eo capitis periculum adiuratum, uoluntatem spectet eius, quem statim de capite suo pateretur iudicatum. selecti e conuentu, aut propositi ex negotiatoribus iudices, nulli. haec copia, quam dico, iudicium, cohors non Q. Scenulae, qui tamen de cohorte sua dare non solebat, sed C. Veris. ch-

ni cuiusmodi cohortem putatis hoc principe suisse? si
qui uidetis eisdem: Si QVID. PERPERAM. IV.
DICARIT. SENATVS. eum quoque ostendam, si
quando sit datus, coactu istius, quod non senserit, in-
tererat istius, lege Hieronica iudicia constituta pluri-
marum controveneriarum sublata uno nomine omnia
de conuentu, ac negotiatoribus nulli iudices: quantam
potestatem habuerit, uidetis: quas res gesserit, cogno-
scite. ex lege Rupilia fortatio nulla, nisi cum nihil in-

EXPLANATIO

QVICL*iudicia dant, si* iij praetores erant, qui indices, iurisq. formulam dabant: iudicabant nero iudices. qua de re supra diximus. **I**NTERCEDERE *z*, solus enim erat praetor in Sicilia. nam Ro-
mae, praeter tribunos pl. alter praetor, cuius iurisdictio erat inter peregrinos, poterat intercedere:
intercessit L. Piso, de quo lib. I. L. Piso multos codices impletuit earum rerum, in quibus ita interces-
sit, quod iste aliter, atque ut edixerat, decreuisset. **S**IT *eiusmodi: z* uerbi gratia: iudicij formula sit
eiusmodi. **S**I PARET, *z* pro, **S**i appetet, sic enim, ut ait Festus, loquebantur in formulis. de quo
supra. **R**ESTITUTUS Ver: *z* subauditur: Octavi Seruilius condemnata. nam hoc Thophilus addit hu-
iustinandi formulis. **N**ON *necessere erit z* hoc penitus ex eo: **S**i nero illud quoque accedit. alij, decesse
aliquid, sine causa existimatunt. **C**OGERE *z*, id enim uerba formulae praetoris iubent. **A**VR *condemnare eum, quem non oporteat?* *z* Q. Catulum, quem condemnare non oporteat ex formula praetoris, id
iubentis, non ut Catulus, uerum ut Seruilius condemnaretur. Alterutrum igitur necessario peccabit
Octavini index. aut Seruilius iniuste condemnabit, quia formulam sequetur: aut Catulum contra
quam oporteat, quia discedet a formula. Bipartita sententia: quam qui non animaduerterunt, Et,
pro, Aut, legendum putauerunt. **E**VM, *z* Seruilius, cur enim condemnatur, si fundus ille iure eius
est, non Q. Catuli: **V**titur exemplis iudicium praesentium. nam & P. Seruilius Isauricus, & Q. Luta-
tius Catulus, uterque consularis, in Verris causa iudicabant lib. I. & IV. **S**I NON *accipit, z* iubet a
debitore tantum accipere creditorem, non quantum sibi debet probet, sed quantum debitor ipse dicat:
si non accipit, accusari a debitore. **A**CCVSES *z* ipsum creditorem. **S**I PETIT, *z* plus, quam te de-
bere fatcaris. **D**VCAS. *z* in uincula. Eodem sensu infra: Quisquis erat ductus senator Syracusanus
ab Heraclio, duci iubebat: itaque permulti ducti sunt. Retulit hoc uerbum ex II tabulis Gellius
lib. XX. cap. 1. Cicero autem pro Flacco: Vtrum in clarissimis est ciuibus is, quem, iudicatum hic,
dixit Hermippus? Et paullo post: Cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc du-
ctus est. Idem lib. II. de orat. Apud Naevium uidetur esse misericors ille, qui iudicatum duci uidet,
percunctatur ita: *Quanti addictus? mille nummum.* Nihil addo: ducas, licet. Terentius in Phorm.
Mihi sciunt nihil esse. Dices: ducent, damnatum domum. Alero nolunt hominem edacem. Liuinus
lib. II. Ductum se ab creditore non in seruum, sed in ergastulum, & carnificinam esse. Idem: Cen-
turiонem, nobilem militaribus factis, iudicatum pecuniae, cum duci uidisset, medio foro, cum catena
sua accurrerit. Et paullo post: Si ciuem, commilitonemq. meum in seruitutem, aut uincula duci
uideam. Et aliquanto post: An placaret, senore circumuentam plebem, ni potius, quam sortem, cre-
ditum soluat, corpus in nerum, ac supplicia dare? & gregatim quotidie de foro addictos duci? & re-
pleri uinctis nobiles domos? &, ubicumque patricius habitet, ibi carcerem priuatum esse? **Q**VI CI-
VES Romani erant, *z* subaudi, iudices dabantur: cum dari Siculos oporteret; ut meliore condicione
reus esset. id paullo post planius ostenditur. nam hic sententiam breuitas obscurat. **S**I SICVLI effent, *z*
rei. **E**ORVM legiūs *z* Siculorum. **D**ARI *z* iudicia. **Q**VI SICULI, *z* similiter hic subaudiendum, ij
iudices dabantur: cum Romanos dari oportet. **S**I CIVES Romani effent, *z* rei. **D**ECEM lega-
rum *z* quos senatus miserat ad Siciliam in prouinciae formam redigendam, id est, qui iura eis, legesq.
darent. **R**EIECTAE *z* una a petitore, altera ab eo, unde petitur. **Q**VAM Hieronicam appellant, *z* tu-
lerat eam Hiero rex aequissimus, Rupilius praetor postea confirmauit, de decumis frumenti, deq. con-
troueris, quae inter aratores, & decumanos orirentur. **S**VAE leges. *z* Verri sua libido pro lege
erat. **Q**VO D *ciuis z* pro, in eo, quod ciuis cum ciue ageret. **Q**VEM *commodum erat, z* quem ei pla-
cebat. Eodem sensu paullo post: Quinque iudices, quos ei commodum fuit, dedit. Dictum supra
hoc de genere loquendi. **P**RAECONEM, haruspicem, medicum suum *z* praecomen Valerium, haruspici-
em Volusianum, medicum Artemidorum. lib. III. **A**LIVM *z* ipsum Verrem. **C**IVIS *cum cine* *z*
Siculus cum Siculo. **L**EGIBVS *z* refertur ad illud, Domi certe suis legibus. **E**CONVENTV, *z* ci-
cium Romanorum. **P**ROPOSITI *ex negotiatoribus indices, z* inter aratores, & decumanos. **infra:**
De conuentu, ac negotiatoribus nulli iudices. **H**AEC copia, quam dico, iudicium, *z* iudices a praetore
dati, cum iudicium legibus non erat constitutum. nam si legibus: non dabuntur a praetore de cohorte,
sed iis tamen libere iudicare non licebat propter edictum, in quo erat: Si quis perperam iudicarit,
cognoscam: cum cognouero, animaduertam. **N**ON Q. Scæuolae, *z* saepe Q. Mucium Scæuo-
lam opponit Verri: quod ille praetor Asiam, hic Siciliam ita rexerit, ut nihil dissimilius. **D**E CO-
HORTE sua *z* quae erat optima. **S**ENATVS *z* ex aliqua ciuitate, ut lex Rupilia iubebat. Integra sen-
tentia est: Si quid perperam iudicarit senatus, cognoscam: cum cognouero, animaduertam. Id enim
supra dixit, infra uero: Tu, qui institueras in eos animaduertere, qui perperam iudicassent. **S**ORTI-
TIO nulla, *z* dabat enim ipse iudices de sua cohorte. **N**ISI *cum nihil intererat istius: z* nisi cum lucri
nihil

nihil sperabat. tunc enim, Rupiliam legem obseruans, rem sorti committebat. Vno nomine omnia singula non perpendit Verres, neque aliud ab alio, ut iustum a minus iusto, distinxit, sed uno omnia nomine nullo discrimine rescidit.

O R A T I O

HERA CLIVS est, Hieronis filius, Syracusanus, homo in primis domi sua nobilis; & ante hunc praetorem uel pecuniosissimus Syracusanorum, nunc nulla alia calamitate, nisi istius auaritia, atque iniuria, pauperrimus. huic hereditas facile ad HS tricies uenit testamento propinquii sui Heraclii: plena domus caelati argenti optimi, multaeq. fragulae uestis, pretiosissimorumq. mancipiorum. quibus in rebus istius cupiditates, & insanias quis ignorat: erat in sermone res, magnam Heraclio pecuniam uenisse, non solum Heraclium diuitem, sed ornatum supellectili, argento, ueste, mancipli futurum. audit haec etiam Verres: & primo, illo suo leuiore artificio Heraclium aggredi conatur, ut eum roget inspicienda, quae non reddat: deinde a quibusdam Syracusanis admonetur. hi autem quidam erant affines istius, quorum uxores iste numquam alienas existimauit, Cleomenes, & Aeschrio: qui quantum apud istum, & quam turpi de causa potuerint, ex reliquis criminibus intelligitis. hic ut dico, hominem admonent, rem esse praeclaram, refertam omnibus rebus: ipsum autem Heraclium hominem esse maiorem natu, non promptissimum; & eum, praeter Marellos, patronum, quem iure suo adire, aut appellare posset, babere neminem: esse in eo testamento, quo ille heres esset, scriptum, ut statuas in palaestra deberet ponere. faciemus, ut palaestritae negent ex testamento esse positas: petant hereditatem quod eam palaestrae commissam esse dicant: placitatio Verri: nam hoc animo pronidebat; cum tanta hereditas in controversiam uenisset, iudicioq. peteretur, fieri non posse, ut sine praeda ipse discederet. approbat consilium: auctor est, ut quamprimum agere incipiant, hominemq. id aetatis minime litigiosum quam tumultuosissime adoriantur. Scribitur Heraclio dica: primo mirantur omnes improbitatem calunniae: deinde, qui istum nossent, partim sufficabantur, partim plane uidebant adieclum esse oculum hereditati. interea dies aduenit, quo die sepe ex instituto, ac lege Rupilia dicta sortitaram Syracusis iste edixerat. paratus ad hanc dicam sortiendam uenerat. tum eum docet Heraclius non posse eo die sortiri, quod lex Rupilia netaret diebus xxx sortiri dicam, quibus scripta esset. dies xxx nondum fuerant. sperabat Heraclius, si illum diem effugisset, ante alteram sortitionem Q. Arrium, quem prouincia tum maxime expectabat successorum. iste omnibus iudicis diem distulit, & eam diem consiliuit, ut hanc Heraclij dicam sortiri post dies xxx ex lege posset. postea quam ea dies uenit, iste incipit simulare se uelle sortiri. Heraclius cum aduocatis adit, & postulat, ut sibi cum palaestritis, hoc est cum populo Syracusano, aequo iure disceptare liceat. aduersarij postulant, ut in eam rem iudices dentur ex ijs cuitatibus, quae in id forum conuenient, electi qui Verri uiderentur: Heraclius contra, ut iudices e lege Rupilia dentur, ut ab institutis superiorum, ab auctoritate senatus, ab iure omnium Siculorum ne rece-

datur. Quid ego istius in iure dicendo libidinem demonstrem? quis uestrum non ex urbana iurisdictione cognouit? quis umquam, isto praetore, Chelidone inuita, lege agere potuit? non istum, ut non neminem, prouinciam corrupti: idem fuit, qui Romae. Cum id, quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, ius esse certum Siculis, inter se quo iure certarent; legem esse Rupiliam, quam praetor Rupilius ex S. C. de decem legatorum sententia dedisset; hoc omnes semper in Sicilia consules praetores q. seruasse: negauit se iudices e lege Rupilia sortitum: quinque iudices, quos com modum ipsi fuit, dedit. Quid huic homini facias? quod supplicium dignum libidini eius inuenies? Proscriptum tibi cum esset homo deterrime, & impudenter, quemadmodum inter Siculos iudices dares; cum imperatoris populi R. auctoritas, legatorum decem, summorum hominum, dignitas S. C. intercederet; cuius consulto P. Rupilius praetor ex legatorum sententia leges in Sicilia constituerat; cum omnes ante praetores Rupilias leges in ceteris rebus, & in iudicis maxime obseruassent: tu ausus es pro nibili prout tua praeda tot res sanctissimas ducere? tibi nulla lex fuit? nulla religio? nulla existimationis pudor? nullus iudicij metus? nullus apud te grauis auditorius? nullum exemplum, quod sequi uelles? Verum, ut instituisti, quinque iudicibus nulla lege, nullo instituto, nulla religione, nulla sorte, ex libidine istius dati, nam qui tausam cognoscerent, sed qui, quod imperium esset, indicarent, eo die nihil actum est; adesse iubent postridie. Heraclius interea, cum omnes insidias a praetore sortitum suis fieri uideret, capit consilium de amicorum, & propinquorum sententia, non adesse ad iudicium: itaque Syracusis illa nocte profugit. iste postero die mane, cum multo maturius, quam umquam antea, surrexisset, iudices citari iubet: ubi comperit Heraclium non adesse, cogere incipit eos, ut absentem Heraclium condemnarent, illi eum commonefaciunt, ut si ei uideatur, utatur instituto suo, nec cogat ante horam decimam de absente secundum praesentem iudicare. impetrant. interea sane perturbatus. & ipse, & eius amici, & consiliarij, moleste ferre coepiunt, Heraclium profugisse. putabant absensis damnationem, praesertim tantae pecuniae, multo inuidiosorem fore, quam si praefens damnatus esset. eo accedebat: quod iudices e lege Rupilia dati non erant, multo etiam rem turpiorem, & iniquiorem uisum iri intelligebant. itaque, hoc dum corrigere uult, apertior eius cupiditas, improbitasq. facta est. nam illis quinque iudicibus uti sepe negat: iubet id, quod initio e lege Rupilia fieri oportuerat, citari Heraclium, & eos, qui dicam scriferant: aitq. iudices e lege Rupilia uelle sortiri, quod ab eo pridie, cum multis lacrymis eum oraret, atque obsecraret Heraclius, impetrare non potuerat, id ei postera die uenit in mentem, lege Rupilia sortiri dicas oportere. educit ex urna tres. ijs, ut absentem Heraclium condemnent, imperat; itaque condemnant.

EXP LA-

EXPLANATIO

ANTE hunc praetorem uel pecuniosissimus Syracusanorum, & desit autem Verre praetore pecuniosissimus esse. sic in Diuin. Quae mulier ante hunc quaestorem copiosa plane, & locuples fuit. IN SANIAM & insanire est uehementer cupere. Infra: Haec iste ad insaniam concupierat. Et lib. IV. Veno nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium; ut amici eius, morbum, & insaniam; ut Siculo, latrocinium. Ibidem: Omnia avarissimorum insanias expleret. TRICES & scutatorum non-genta millia. A FINES & Verri propter uxores coniuncti. infra. NVMQVAM alienas & usus est tamquam suis. NON promptissimum, & satis hebetem, quem circumueniri, pro rudi eius ingenio, magni negotii non esset. Hic loquendi modus minuere uituperationem uidetur, nec tamen parum uituperat: sic laudationem, nec tamen parum laudat: ut in Diuin. Sociorum quærimoniae delatae ad hominem non inertissimum. COMMISSAM esse & commissa dicitur hereditas, quæ ad alium heredem ex testamenti condicione deuoluitur. de quo lib. I. diximus. RATIO & consilium, & modus agendi cum Heraclio. SCRIBITVR Heraclio dica, & defertur Heraclii nomen: uocatur Heraclius in iudicium. Terentius in Phorm. Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam. Ibidem: En unquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? Et infra: Sexcenta perinde portius scribito iam mihi dicas. Sic, Impingere dicam, idem dixit ibidem. DICAS sortitum & dicas, pro iudices, hic accipio. nam infra: Negavit se iudices e lege Rupilia sortitum. OMNIBVS iudicis & ne de uno Heraclio cogitare uideretur. HOC EST cum populo Syracusano, & palaestra enim populi est. & hoc addit, ut excludat Verrem iudicandi potestate. dictum enim supra: Siculi hoc iure sunt, ut, quod ciuius cum ciue agat, domi certet suis legibus. AEQVO iure & suis legibus. IN ID forum & Syracusanum. VT IUDICES e lege Rupilia dentur: & non Verris arbitratu. QVID ego istius in iure dicendo libidinem demonstrem? & amplificandi locus cum indignatione, quem saepe usurpat Cicero in transita sententiae, ut paullo ante: Quid ego nunc hic Sex. Pompeij Chlori testimonium recitem? et lib. I. Quid ego nunc in altera actione Cn. Dolabellæ spiritus, quid huius lacrymas, & concursiones proferam? LEGE agere & suum ius lege persequi, iudicio experiri. PRAETOR Rupilius & P. Rupilius consul anno urbis DCXXI fugitiuos, quorum dux Eunus erat, deuicit: deinde ex S. C. de decem legatorum sententia legis in Sicilia constituit. Praetor igitur accipe pro proconsul: nec defunt exempla. CONSULES, praetoresq. qui post consulatum, praetoramq. Siciliae praeuerant. NEGAVIT se iudices e lege Rupilia sortitum: & nolle se dixit iudices sortitum, sed factum id, quod fecit. dedit enim, quos uoluit. QVOS commodum ipsi fuit, & quos ei libuit. IMPERATORIS populi Romani & P. Rupili. infra: Qui habet imperium a populo Romano, auctoritatem legum dandarum a senatu. S. C. intercederet, & non est, impedit, sed, in re esset: ut ad Lentulum: De his rebus pridie, quam haec scripsi, senatus auctoritas grauissima intercesserat: cui cum Cato, & Caninius intercessissent, tamen est prescripta. Et ad Senatum: Cum ueltra auctoritas intercessisset, ut ego regem tuerer. Intercedit igitur senatus, cum significationem dat suae uoluntatis. ANTE horam decimam & ex horis duodecim singuli dies constabant, longioribus aestiu, brevioribus hiemales. noctium similis ratio. duodenae singularum horae, breuiores aestuarum, longiores hiemalium. Gellius, & alij.

ORATIO

QVAE, malum, ista fuit amentia? ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putas? ecquando his de rebus tales viros audituros existimas? petatur hereditas ea, quae nulla debetur, in praedam praetoris? interponatur nomen ciuitatis? impunitur honestae ciuitati turpissima persona calumniae? neque hoc solum, sed ita res agatur, ut ne simulatio quidem aequitatis illa adhibeat? nam, per deos immortales, quid interest, utrum praetor imperet, uia. cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere, an humani iudicium det, quo iudicio, indicta causa, fortassis omnibus euerit necesse sit? profecto enim negare non potes, te ex lege Rupilia sortiri iudicium debuisse, cum praesertim Heraclius id postularet. sin illud dices, te Heraclij uoluntate ab lege recessisse: ipse te impedies: ipse tu tua descensione implicabere. quare enim primum ille ipse adesse noluit, cum ex eo numero iudices haberet, quos postularat? deinde tu cur post illius fugam iudices alios sortitus es, si eos, qui erant

antea dati, utriusque dederas uoluntate? deinde ceteras dicas omnes illo foro M. Postumius quaestor sortitus est: banc solam tu illo conuentu reperiere sortitus. Ergo, inquiet aliquis, donauit populo Syracusano illam hereditatem. Primum, si id confiteri uelim, tamen istum condemnatis necesse est. neque enim permisum est, ut impune nobis liceat, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere. uerum ex ista reperiens hereditate ita istum praedatum, ut per pauca occulte fecerit; populum quidem Syracusanum in maximam inuidiam sua infamia, alieno, praemio peruenisse; paucos Syracusanos, eos, qui se nunc publice laudationis causa uenisse dicunt, & tunc participes praedae fuisse, & nunc non ad istius laudationem, sed ad communem litium aequalizationem uenisse. Postea quam damnatus est absens; non solum illius hereditatis, de qua ambigebatur, quae erat HS trices, sed omnium bonorum paternorum ipsius Heraclij, quae non minor erat pecunia, palaestrae Syracusanorum, hoc est Syracusanis, posse

Jeffio traditur. Quae est ista praetura? eripis hereditatem, quae uenerat a propinquo, uenerat testamento, uenerat legibus: quae bona is, qui testamentum fecit, huic Heraclio ante aliquando, quam est mortuus, omnia utenda, ac possidenda tradiderat: cuius hereditatis, cum ille aliquanto ante te praetorem esset mortuus, controversia fuerat nulla, mentionem fecerat nemo. Verum esto, eripe hereditatem propinquis, da palaestritis: praedare in bonis alienis nomine ciuitatis: euer-te leges, testamenta, uoluntates mortuorum, iura uiuorum: num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit? qui simul ac profugit; quam impudenter, quam palam, quam acerbe, dicit immortales, illa bona direpta sunt; quam illa res calamitosa Heraclio, quae siuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur. nam illud quidem statim curatur, ut, quidquid caelati argenti fuit in illis bonis, ad istum defera-tur; quidquid Corinthiorum uasorum, fragulae uostis. haec, nemo dubitabat, quin non modo ex illa domo capta, & oppressa, uerum ex tota prouincia ad istum comportari necesse esset. mancipia, quae uoluit, abduxit: alia diuisi: auctio facta est. in qua cohors ipsius iniuncta dominata est. Verum illud est praeclarum. Syracusani, qui praefuerant his Heraclij bonis uerbo redigendis, re disertierant, reddebat eorum negotiorum rationem in senatu: dicebant, scyphorum paria complura, hydriæ argenteas, pretiosam uestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse dicebant, quantum cuique eius iussu nummorum esset datum. gembabant Syracusani, sed tamen patiebantur. repente recitatur, uno nomine H.S. c. l. milia iussu praetoris data. at maxime clamor omnium, non modo optimi cuiusque, neque eorum, quibus indignum semper uisum erat, bona priuati, populi nomine, per summam iniuriam crepta: uerum etiam ipsi illi aucto-

res iniuriae, & ex aliqua particula socij praedae, ac rapinorum, clamare coepérunt, sibi ut haberet hereditatem. tantus in curia clamor factus est, ut populus concurreret. res ab omni conuentu cognita, celeriter dum nunciatur homo inimicus ijs, qui recitassent, hostis omnibus, qui acclamassent, exarsti iracundia, ac si omnes: uerum tam fuit tum sui dissimilis. nostis os hominis: nostis audiam: tamen tum rumore populi, & clamore, & fato manifesto grandis pecuniae perturbatus est. ubi se collegit, uocat ad se Syracusanos: quie non posset negare, ab illis pecuniam datam: non quaesiuit procul alicunde, (neque enim probaret) sed proximum paene alterum filium, quem illam pecuniam dicerebat abstulisse, ostendit se reddere coactum, qui postea quam id audiuit, habuit dignitatis, & aetatis, & nobilitatis suæ rationem: uerba apud senatum fecit: docuit, ad se nihil pertinere: de isto id, quod uidebant, neque ille quidem obscure, locutus est: itaque illi Syracusani statuam postea statuerunt: & is, ubi primum potuit, istum reliquit, de prouinciaq. discessit. & tamen aiunt eum queri solere non numquam, se miserum, quod non fuit, sed suorum comitum peccatis, & criminibus prematur. triennium prouinciam obtinuit: gener eleitus adolescens unum annum tecum fuit: fides, vii fortes, legati tui primo anno te reliquerunt: unus legatus P. Tadius, qui erat reliquis, non ita multum tecum fuit; qui si semper una fuisset, tamen summa cura tum tuæ, tum multo etiam magis suæ famee pepercisset. quid est, quod tu alios accuses? quid est, quamobrem putes te tuam culpam non modo dericare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse? Numerantur illa H.S. ducenta quinquaginta Syracusanis, ea quemadmodum ad istum postea per pseudotyron reuertantur, tabulis uobis, & testibus, indices, planum faciam.

EXPLANATIO

QVAE, malum, ista fuit amentia? & apostrophe ad reum post narrationem, nota exemplis. CIVITATIS? Syracusanae. induxit enim Verres, ut palaestrite haereditatem illam, tamquam palaestrae commissiam, peterent. Infra: Praedare in bonis alienis nomine ciuitatis. AB LEGE recepsisse? non sortitum esse iudices ex lege Rupilia. QVOS postularat? ut tu fortasse finges. nam, si postulauit, cur adesse noluit? DICO VNT, & quod falsum est. ILLO foro? Syracusano, cui quaestor unus praecerat, alter Lilybaetano. COMMVNEM? inter eos, & ceteros Siculos. nam de omnibus praedatus erat Verres. LITIVM? quae, damnato Verre, aestimabuntur. TVRPIS Syracusanis, & quorum nomine prae-datus est Verres. DOMINATA est. & emit quae uoluit, & quanti uoluit, nemine contra licitante. CCL milic? scutatorum sepm millia, quingentos. PECVNIA M datam; & cohorti suae. (NEOV enim probaret) & quia non alienis, sed suis pecuniam illam a Syracusanis dari iussuerat. PROXIMVM? qui assiduus apud eum erat. hoc opponitur ad, Procul. PAENE alterum filium, & generum, de quo infra. PECCATIS, & criminibus? grauiora sunt crimina, quam peccata. PER pseudotyron? aper-te domo Verris exierunt, occulte in candem domum, quasi per auerias fores, reueterunt.

ORATIO

EX hac iniuitate istius, & improbitate, indices, quod praeda ex illis bonis ad multos Syracusanos, inuito populo senatuq. Syracusano, uenerat, etiam illa sunt, quae per Theomnatum, & Aeschriomen, & Dionysodorum, & Cleomenem, iniuitissima ciuitate, facta sunt: primum, ut urbs tota spoliaretur: qua de re aliis mili. locus ad dicendum est constitutus: ut

omnia signa iste per eos homines, quos nominauit, omne ebur ex aedibus sacris, omnes undique tabulas pictas, deorum denique simulacra, quae uellet, auferret: deinde, ut in curia Syracusis, quem locum illi Bulearium uocant, honestissimo loco, & apud illos clarissimo, sub illius ipsius M. Marcelli, qui cum Syracusanis locum eum eripere belli, ac nictoriae lege posset, conseruant,

conseruauit, & reddidit, statua ex aere facta, ibi inauratam isti, & alteram filio statuam posuerint; ut, dum istius hominis memoria maneret, senatus Syracusanus sine lacrymis, & gemitu in curia esse non posset. per eosdem istius iniuriarum, furtorum, uxorumq. socios, istius imperio, Syracusis Marcellae tolluntur, maximo gemitu, luctuq. ciuitatis: quem illi diem festum cum recentibus beneficiis M. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familie Marcellorum maxima uoluntate tribuebant. Mithridates in Asia, cum eam prouinciam totam occupasset, Muicia non sustulit, hostis, & hostis in ceteris rebus nimis seruus, & immanis, tamen honorem hominis, deorum religione consecratum, tuolare noluit. tu Syracusanos quam diem festu Marcellis impetriri uenisti, per quos illi adepti sunt, ut ceteros dies festos agere possent. at uero praecellarum diem reposuisti, Verrea nt agerent, & ut ad eum diem, quae sacris epulisq. opus essent, in complures annos locarentur. Sed iam in tanta istius impudentia remittendum aliquid uidetur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere uideamur. nam me dies, uox, latera deficiant, si hoc nunc uociferari uelim, quam miserum indignumq. sit, istius nomine apud eos diem festum esse, qui se istius opera fuditus extinxerit esse arbitrentur. o Verrea praeclarus, quoqua si accessisti, quo non attuleris tecum istum diem. etenim quam tu domum, quam urbem adiisti, quod sanum denique, quod non euersum, atque extersum reliqueris? quare appellantur sane ista Verrea, quae non ex nomine, sed ex moribus, naturaq. tua constituta es uideantur. Quam facile serpat iniuria, & peccandi consuetudo, quam non facile reprimatur, uidete, iudices. Bidis opidum est, tenue sene, non longe a Syracusis. hic uero longe primus ciuitatis est Epicrates quidam, huic hereditas HS quingentorum millium uenerata muliere quadam propinqua, atque ita propinqua, ut ea etiam si inteflata esset mortua, Epicratem Bidonum legibus heredem esse oportet. recens Syracusana erat illares, quam ante demonstrauit, de Heraclio Syracusano, qui bona non perdidisset, nisi ei uenisset hereditas. huic quoque Epicrati uenerat, ut dixi, hereditas. cogitare cooperunt eius inimici, nihil minus eodem praetore hunc eueri bonis posse, quo Heraclius esset eversus. rem occulte instituunt, ad Verrem per eius interpres deferunt: ita causa componitur, ut item palaestritae Bidenses peterent ab Epicrate hereditatem: quemadmodum palaestritae Syracusani ab Heraclio petissent. numquam uos praetorem tam palaestricum uidiisti. uerum ita palaestritas defendebat, ut ab illis ipse unctior discederet, qui statim cum praesensset, iubet cuidam suorum amicorum numerari HS LXXX. res occultari satis non posse. per quandam eorum, qui interfuerant, fit Epicrates certior, primo negligere, & contemnere coepit, quod causa prorsus, quod dubitari posset, nihil habebat. deinde cum de Heraclio cogitaret, & istius libidinem nosset: commodissimum putauit esse, de prouincia clam abire: itaq. fecit: profectus est Rhegium, quod ubi auditum est, aestuante illi, qui dederant pecuniam; putare nihil agi posse absente Epicrati, nam Heraclius tamen affuerat, cum primum dati sunt iudices: de hoc, qui, ante quam in his aditum esset, ante quam denique mentio controuersee facta esset, discessisset, putabant nihil agi posse. bo-

mine Rhegium proficiscuntur: Epicratem conueniunt: demonstrant id, quod ille sciebat, se HS LXXX dedisse: rogant eum, ut id, quod ab ipsis abisset pecuniae, curet; ab se se caueat, quemadmodum uelit: de illa hereditate cum Epicrate neminem esse aucturum. Epicrates homines multis uerbis male a se acceptos dimisit. rediunt ille Rhegio Syracusas: queri cum multis, ita ut sit, incipiunt, se se HS LXXX nummum frustra dedisse. res percrebuit, in ore, atque sermone omnium coepit esse. Verres refert illam suam Syracusanam: ait se se uelle de illis H-S LXXX cognoscere: aduocat multos; dicunt Bidini Volcatio se dedisse: illud non addunt, ius in istius. Volcatium uocat: pecuniam referri imperat. Volcatius animo aequissimo nummos afferit, qui nihil amitteret: reddit inspectantibus multis: Bidini nummos auferunt. Dicet aliquis: quid ergo in hoc Verrem reprehendis? qui non modo ipse fur non est, sed in aliis quidem passus est esse. attendit: iam intellegitur hanc pecuniam, qua uia modo uisa est exire ab isto, eadem semita reuertisse. quid enim debuit praetor: cum consilio re cognita, cum comperisset suum comitem, iuris, decreti, iudicij corrumpendi causa, qua in re ipsis praetoris caput, existimatioq. ageretur, pecuniam accepisse, Bidinos autem contra praetoris famam, ac fortunas dedisse; non & in eum, qui accepisset, animaduertisse, & in eos, qui dedissent? tu, qui instigueras in eos animaduertere, qui per peram iudicassent; quod saepe per imprudentiam fit; hos patieris impune discedere, qui ob tuum decretum, ob tuum iudicium pecunian aut dandam, aut accipientiam putarant? Volcatius idem apud te postea fuit, eques R. tanta accepta ignominia, nam quid est turpis ingenuo, quid minus libero dignum, quam in conuentu maximo cogi a magistratu furtum reddere: qui se eo animo esset, quo non modo eques R. sed quis liber debet esse; adspicere te postea non potuisset: inimicus, hostis esset, tanta contumelia accepta; nisi tecum coluisset, & tunc potius existimationi seruisset, quam suae, qui quam tibi amicus non modo tum fuerit, quam diu tecum in prouincia fuit, uerum etiam nunc sit, cum iam a ceteris amicis sis relatis; & tu intelligis, & nos existimare possumus. An hoc solum argumentum est, nihil isto imprudente factum, quod Volcatius ei non succensit? quod iste nec in Volcatium, nec in Bidinos animaduertit? est magnum argumentum, uerum illud maximum, quod illis ipsis Bidinis, quibus iratus esse debuit, ut a quibus comperit, quod iure agere cum Epicrato nihil posse, etiam si adesset, ioco suum decreatum pecunia esse tentatum; his, inquam, ipsis non modo illam hereditatem, quae Epicrati uenerat, sed, ut in Heraclio Syracusano, item in hoc, paullo etiam atrocior, quod Epicrates appellatus omnino non erat, bona patria, fortunasq. eius Bidinis tradidit. ostendit enim nouo modo, si quis quid ab absente peteret, se auditurur. adeunt Bidini: petunt hereditatem: procuratores postulant, ut se ad leges suas reiijciant, aut ex lege Rupilia dicam scribi iubeat. aduersarij non audiabant contradicere: exitus nullus reperiebatur. insimulant, hominem fraudandi causa discessisse: postulant, ut bona possidere liceat. debebat Epicrates ullum nummum nemini, amici, si quis quid peteret, iudicio secum agi passuros, indicatum solui satisfacuros esse dicebant. cum omnia consilia frigerent, admonitu istius insimula-

re cooperunt, Epicratem litteras publicas corrupisse: a qua suspicione ille aberat plurimum. actionem eius rei postulant. amici recusare, ne quod nouum iudicium, ne qua ipsius cognitio illo absente de exsimilatione eius constitueretur: & simul idem illud postulare non desistebant, ut se ad leges suas reijceret. ite, amplam occasionem calumniae natus, ubi uidet esse aliquid, quod amici absentem Epicratem nollent defendere; asseverat se eius rei in primis actionem esse daturum. cum omnes perspiccerent ad istum non modo illos num-

mos, qui per simulationem ab isto exierant, reuertisse, sed multo etiam plures cum possea numeros abstulisse: amici Epicratem defendere desisterunt. iste Epicratis bona Bainos omnia possidere, & sibi habere iussi. ad illa H-S d millia hereditaria accessit ipsius antiqua H-S quindecies pecunia. Vrum res ab initio ita ducuntur, an ad extreum ita perducta? an ita parua est pecunia? an is homo Verres, ut haec, quae dixi, gratis facta esse videantur? hic nunc de miseria Siculorum, iudices, audite.

EXPLANATIO

ALVS LOCUS § lib. IV. de signis. MARCELLEA § dies festus, ad honorem M. Marcelli a Syracusanis institutus. FAMILIAE § plures enim familiae ex uno Claudio genere, Marcellorum, Pulchrorum, Neronum: ut ex Cornelio, Scipiones, Sullae, Cinnae, Dolabellae, alii: ex Aemilio, Mamerinus, Barbula, Paullus, Lepidus, Papus, Scaurus, alii. MCVIA § festum diem Q. Mucij Scaevolae, qui Asiae, summa innocentiae laude, praefuerat. VNCTIOR § maiore lucro. Iocatur: quia palaestritae ungebantur. NUMERARI § a palaestritis, maiorem praedam ex hereditate exspectantibus. CVIDAM § a quo deinde ad Verrem ipsum peruenirent. SYRACUSANAM § malitiam, qua usus erat in reddenda Syracusanis pecunia, quae data erat eius iussu quibus ipse uoluerat, sicuti data erant Volcatio ex Bidini Epicratis bonis HS LXXX millia, quae Volcatium Bidinis iussit reddere, ut a se ipso infamiam auerteret. INSTITVERAS § decreueras: ut ep. ad Lentulum: Quod instituit referre de religione, & saepe iam retulit, ab eo deduci non potest. QUI perperam iudicassent, § Verris edictum significat, de quo supra: Si quis perperam iudicasset, se cogniturum; cum cognosset, animaduersurum. Et ibidem, proxime: Si quid perperam iudicariit senatus. IDEM § qui tuo iussu in conuentu maximo furtum reddere coactus erat. OB TVVM decretum, ob tuum iudicium § ut secundum eos decerneret, & iudicaret. DANDAM, § dederunt Bidini, accepit Volcatius. LIBERO § uel si ingenui non eset. hominum enim tria genera, serui, liberi, ingenui. TECVM collusisset, § ei tecum conuenisset de reddenda pecunia, ut infamia te cum ignorantia sua liberaret. A QVIBVS § non, A quibus comperit, sed. A quibus decretum suum pecunia tentatum comperit. APPELLATVS omnino non erat, § quia statim te cognita, fugit: cum Heracio praeſenti scripta dica eset. PROCRVATORES § absens Epicratis. AD LEGES suas § ut Bidinus cum Bidinis aequo iure disceptaret. alioqui reculabant. PER simulationem § Volcatij nomine. AB ISTO exierant, § nam, eti Volcatius reddidit, ab isto tamen exierunt. QVINDECIES § scutatorum quadraginta quinque millia. AN AD extreum ita perducta est? § utrum arte & malitia usus est Verres in re ab ipso initio ducenda, an uero non ab initio arte usus est, sed ad extreum ita rem perduxit? Dubitat: ut videatur utrumque credere, improbe & callide rem cum ab initio ductam, tum ad extreum esse perductam, lucri scilicet maioris gratia. Probatur hic sensus ea ratione, quae sequitur, quia nec ita parua pecunia sit, nec is homo Verres, ut haec ab eo gratis esse facta videantur.

ORATIO

ET Heraclius ille Syracusanus, & hic Bidinus Epicrates expulsi bonis omnibus Romam uenerat: sordidati, maxima barba, & capillo Romae biennium prope fuerunt. cum L. Metellus in prouinciam profectus est, tum isti bene commendati cum Metello una profiscuntur. Metellus, simul ac uenit Syracusas, utrumque rescindit, & de Epicrate, & de Heraclio in utrinque bonis nihil erat, quod restituiri posset, nisi quod moueri loco non poterat. fecerat haec egregie primo aduentu Metellus, ut omnes istius iniurias, quas modo posset, rescinderet, & irritas faceret. Heraclium restitui iusserat: non restituebatur: quisquis erat dulcis senator Syracusanus ab Heraclio, duci iubebat: itaque permulti duci sunt. Epicrates quidem continuo restitutus est. alia iudicia Lilybaci, alia Agriganti, alia Panormi restituta sunt. census, qui isto praetore sunt habiti, non seruatur se Metellus ostenderat: decumas, quas iste contra legem Hieronicam

uendiderat, se se uenitum Hieronica lege dixerat. omnia erant Metelli eiusmodi, ut non tam suam praeturam gerere, quam istius praeturam retexere videatur. simul atque ego in Siciliam ueni, mutatus est. uenerat ad eum illo biduo Laetilius quidam, homo non alienus a litteris: itaque eo iste tabellario semper usus est. is epistolæ complices attulerat, in his unam domo, quae totum immutarat hominem. repente coepit dicere, se omnia Verris causa uelle, sibi cum eo amicitiam, cognitionemq. esse. mirabantur omnes. hoc etiū denique in mentem uenisse, postea quam tam multis eum factis, decretisq. iugulasset. erant, qui putabant Laetilius legatum a Verre uenisse, qui gratiam, amicitiam, cognitionemq. commemoraret. ex illo tempore a ciuitatibus laudationem petere, testes non solos detergere uerbis, sed etiam uiuinere coepit. quod nisi ego meo aduentu illius conatus aliquantulum reprehessim, & apud Siculos non Metelli, sed Glabronius litteris.

litteris, ac lege pugnasse; tam multos buc euocare non potuisse. uerum, quod iustui dicere, miseriae cognoscite Siculorum. Heraclius ille, & Epicrates longe mibi obuiam cum suis omnibus processerunt: ueuenti Syracusas egerunt gratias flentes: Romanum dedere mecum cupierunt. quod erant mibi opida complura etiam reliqua, quae adire uellem; constitui cum hominibus, quo die mibi Messanae praefecto essent. eo mibi nuncium miserunt, se a praetore retineri. quibus ego testimonium denunciaui, quorum nomina edidi Metello, cupidissimi ueniendi, maximis iniurijs affecti, adhuc non uenerunt. hoc iure sunt socij, ut ijs ne depolare quidem de suis incommodis liceat.

EXPLANATIO

RESTITVI inferat: in sua bona, decreto senatus Syracusani. infra: Heraclio Syracusano tuos illos palaestritas bona restituere iussit. NON restituebatur. non esse statim in sua bona restitutum Heraclium, uerba illa, quae subiunguntur, satis ostendunt, Epicrates quidem continuo restitutus est. itaque non video, cur pro, Non, alij reponendum putauerint, Vi: quod sententiae, nisi fallor, aduersatur. DVC TVS in vincula. quod ita interpretor ex huius uerbi consuetudine. nam supra est: Si petit, ducas. C. Fuficum duci iussit petitorem. RESTITVTA sunt. in integrum, contra quam Verres decreuerat. NON alienus a litteris ergo literatus. sed locus est ex ambiguo: nam tabellarij litteras ferunt. QYOD nisi ego? Quod, pro Sed, ut lib. I. Quod uos oblitos esse non arbitror, quae multitudo, qui ordo ad Pisonis sellam isto praetore solitus sit conuenire. Et lib. IV. Quod in intellectu, multum apud illos recentes nuncios, multum tabulas non commendaticias, sed tributarias uariisse. GLABRIONIS litteris, qui scripsit, ut testimonia denunciare, & euocare Romanum, quos uellem, mihi liceret.

ORATIO

IAM Heraclij Centuripini, optimi, nobilissimiq. adolescentis, testimonium auditis. a quo H-S c millia per calumniam, malitiamq. petita sunt. iste, poensis, compromissisq. interpositis, H-S CCC extorquenda curauit: quodq. iudicium secundum Heraclium de compromissis factum erat, quod ciuis Centuripinus inter duos ciues iudicasset, id irritum iussit esse, eumq. iudicem falsum iudicasse iudicauit: in senatu ne esset: locis, commodisq. publicis uti uetus: si quis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum: quidquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum, ipsi autem nullius actionem rei se daturum. quae istius auctoritas tantum ualuit, ut neque illum pulsaret quisquam, cum praetor in provincia sua uerbo permetteret,

re hortaretur; neque quisquam ab eo quidquam peteret, cum iste calumniae licentiam sua auctoritate praebuisset. ignominia autem illa grauis tam diu in illo homine fuit, quam dia iste in provincia mansit. Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more, nullo exemplo, ecquam rem putatis esse in Sicilia, nisi ad nutum istius, iudicatam & utrum id solum uidetur esse actum, quod est tamen actum, ut Heraclio pecunia eriperetur, an etiam illud, in quo praeda erat maxima, ut nomine iudiciorum, omnium bona, atque fortuna in istius unius essent potestate? Iam uero in rerum capitalium quaestionibus quid ego unamquamque rem colligam, & caussam? ex multis similibus ea sumam, quae maxime improbitate excellere uidebuntur.

EXPLANATIO

CMILLIA: scutatorum tria millia. COMPROMISSIS: pecunia soluenda, nisi iudicis arbitrio statetur. CCC: millia, subaudi. quod erat triplum eius pecuniae, quae per calumniam ab Heraclio petita erat. IUDICASSET, ex lege Rupilia. supra: Quod ciuis cum ciue agat, domi certet suis legibus. IN ILLO homine: in illo iudice. NOMINE iudiciorum, quia, metu iudicibus iniecto, nulla res, nisi ad nutum istius, iudicabatur.

ORATIO

SOPATER quidam fuit Haliciensis, homo domi sua cum primis locuples atque honestus. is ab inimicis suis apud C. Sacerdotem praetorem rei capitalis cum accusatus esset, facile eo iudicio est liberatus. huic eidem Sopatro idem inimici ad C. Verrem, cum is Sacerdoti successisset, eiusdem rei nomen detulerunt. res Sopatro facilis uidebatur, & quod erat innocens, & quod Sacerdotis iudicium improbare istum ausurum non arbitrabatur. citatur reus: causa agitur Syracu-

sis: crimina tractantur ab accusatore, ea, quae erant antea non solum defensione, uerum etiam iudicio disoluta. caussam Sopatri defendebat Q. Minucius, eques R. in primis splendidus, atque honestus, uobisque, iudices, non ignotus. nihil erat in causa, quod metuendum, aut omnino quod dubitandum uideretur. interea istius libertus, & accensus idem Timarchides, qui est, id quod ex plurimis testibus priore actione didicisti, rerum huiusmodi omnium transactor, & admi-

nister, ad Sopatrum uenit: monet hominem, ne nimis iudicio Sacerdotis, & causae confidat: accusatores, inimicosq. eius habere in animo pecuniam praetori dare: practorem tamen ob salutem male accipere; & simul malle, si fieri posset, rem iudicatam non restringere. Sopater, cum hoc illi impruisum, atque inopinatum accidisset, commotus est sane; neque in praesentia, Timarchidi quid responderet, habuit, nisi, se consideratur, quid sibi de ea re esset faciendum: & simul ostendit, se in summa difficultate esse ministraria. post ad amicos retulit. qui cum ei fuissent autores redimendae salutis, ad Timarchidem uenit: expositis suis difficultibus, hominem ad HS lxxx. perducit, eamq. ei pecuniam numerat. postea quam ad causam dicendam uentum est: tum uero sine metu, sine cura omnes erant, qui Sopatrum defendebant: crimen nullum erat, res iudicata: Verres numeros accepserat. quis posset dubitare, quidnam esset futurum? res illo die non peroratur: dimittitur iudicium. iterum ad Sopatrum Timarchides uenit: ait accusatores eius multo maiorem pecuniam praetori polliceri, quam quantam hic dedisset: proinde, si saperet, uideret, quid sibi esset faciendum. homo, quamquam erat & Siculus, & reus, hoc est & iure iniquo, & tempore aduerso, ferre tamē, atque audire diutius Timarchidem non potuit. facite, inquit, quod uobis libet: datus non sum amplius. idemq. hoc amicis eius, & defensoribus uidebatur, atque eo etiam magis, quod iste, quoquo modo se in ea quaestione preebeyat, tamen in consilio habebat homines honestos e conuentu Syracusano, qui Sacerdotis quo que in consilio fuerant, tunc, cum esset idem hic Sopater absolutus. hoc rationis habebant, facere eos nullo modo posse, ut eodem criminis, iisdem testibus Sopatrum condemnarent idem homines, qui antea absoluissent. itaque bac una spe ad iudicium uenit. quo posse quam uentum est: cum in consilium frequentes conuenissent idem, qui solebant; & hac una spe tota defensio Sopatri niteretur, consilii frequentia, & dignitate; & quod erant, ut dixi, idem, qui antea Sopatrum eodem illo criminis liberarant: cognoscite homines apertam, ac non modo non ratione, sed ne diffumatione quidem testam improbatem, & audaciam. M. Petillium, equitem R. quem habet in consilio, iubet operam dare, quod rei priuatae index esset. Petillius recusat, quod suos amicos, quos sibi in consilio esse ulet, ipse Verres retineret. iste, homo liberalis, negat, se quemquam retinere eorum, qui Petillio uellent adesse: itaque discedunt omnes: nam ceteri quoque impe-

trant, ne retineantur: qui se uelle dicebant alteruti eorum, qui tum illud iudicium habebant, adesse. itaque iste solus cum sua cohorte nequissima relinquitur. non dubitabat Minucius, qui Sopatrum defendebat, qui iste, quoniam consilium dimisisset, illo die rem illam quaesturus non esset, cum repente iubetur dicere. respondet, ad quos? ad me, inquit; si tibi idoneus uideor, qui de homine Siculo, ac Gracculo iudicem. idoneus es, inquit: sed peruellem adesse iij, qui affuerant antea, causamq. cognorant. dic, inquit: illi adesse non possunt. nam hercule, inquit Minucius, me quoque Petilius, ut sibi in consilio adesse, rogauit: & simul a subsellijs abire coepit. iste iratus hominem uerbis uehementioribus prosequitur; atque ei gravis etiam minari coepit, quod in se tantum crimen inuidiamq. conflare. Minucius, qui Syracusis sic negotiaretur, ut sui iuris dignitatisq. meminisset; & qui sciret, se in prouincia rem augere oportere, ut ne quid de libertate deperderet; homini, quae uisa sunt, & quae tempus illud tulit, & causa, respondit: causam sese, dimiso atque ablegato consilio, defensurum negavit: itaque a subsellijs discessit: idemq. hoc praeter Siculos ceteri Sopatri amici, aduocatiq. fecerunt. iste, quamquam est incredibili importunitate, & audacia, tamen subito solus destitutus pertimuit, & conturbatus est. quid ageret, quo se uerteret, nesciebat. si dimisisset eo tempore quaestione; post, illis adhibitis, quos ablegarat, absolutum iri Sopatrum uidebat. sin autem hominem miserum, atque innocentem condemnasset, cum ipse praetor sine consilio, reus autem sine patrone, atque aduocatis fuisse; iudiciumq. C. Sacerdotis recessisset: inuidiam se suslinere non posse tantam arbitrabatur: itaque aestuabat dubitatione: uersabat se in utramque partem non solum mente, uerum etiam corpore: ut omnes, qui aderant, intelligere possent, in animo eius metum, cupiditatemq. pugnare. erat hominum conuentus maximus, summum silentium, summa expectatio, quoniam esset eius cupiditas eruptura. crebro dimitterebat se accensus ad aures Timarchides, tum iste aliquando, age dic, inquit. Sopatrus implorare hominum, atque deum fidem, ut cum consilio cognosceret. tum repente iste testes citari iubet. dicit unus, & alter breuiter: nihil interrogatur, praeceo, dixisse, pronunciat. iste, quasi metueret, ne Petillius, primato illo iudicio transacto, aut dilato, cum ceteris in consilium reuenteretur, ita properans de sella exsiluit; hominem innocetem, a Sacerdote absolutum, iudicata causa, de sententia scribac, medici, haruspicesq. condemnauit.

EXPLANATIO

OPERAM dare, & curare iudicium illud, cui praeceperet. Dic, inquit, & age causam Sopatri. NAM herculez affirmantis est, Nam, non, ut alibi, probantis. sic lib. I. Nam mehercule, inquit, sic agamus. PRAETER Siculos & qui metu Verris discedere non sunt ausi. ceteri Sopatri amici, atque aduocati, Romani uidentur fuisse. AGE dic, inquit, & Sopatrum appellat. nam patronus eius Minucius discesserat. CVM consilio & cum toto consilio. nam Romani iudices, homines honesti e conuentu Syracusano, cum Petillio omnes abierant, praetereos, quos de sua cohorte Verres dederat, scribam, medium, haruspicem. VNVS, & alter breuiter: & non multi dicunt, sed unus, & alter: neque multis uerbis, sed breuiter: neque de more interrogati, sed ipsi sua sponte, tamquam corrupti. DIXISSEZ peroratam esse causam. DE SELLA exsiluit; & ut cum sua cohorte Sopratum condemnaret.

ORATIO



O R A T I O

RETINETE, retinet hominem in ciuitate, iudicet, parcite, & conferuate, ut sit qui uobis cum res iudicet, qui in senatu sine ulla cupiditate de bello, & pace sententiam ferat. tametsi minus id quidem nobis, minus populo R. laborandum est, qualis istius in senatu sententia futura sit. quae enim eius auctoritas erit? quando iste sententiam dicere audebit, aut poterit? quando autem homo tanta luxuria, atque desidia, nisi Februario mense, adspicit in curiam uerum ueniat sane, decernat bellum Cretensibus: liberet Byzantios: regem appelle Ptolemaeum: quae uult Hortensius, omnia dicat, & sentiat. minus haec ad nos, minus ad uitae nostrae discrimen, minus ad fortunarum nostrarum periculum pertinent. illud, illud est capitale, illud est formidolosum, illud optimo cuncte metuendum, quod iste, ex hoc iudicio si aliqua uis eripuerit, in iudicibus si necesse est, sententiam de capite ciuis R. ferat, sit in eius exercitu signifer, qui imperium iudiciorum tenere uult. hoc populus R. recusat, hoc ferre non potest; clamat: permittitq. uobis, ut, si istis hominibus delectemini, si ex hoc genere splendorum ordinis, atque ornamentum curiae conflituere uelitis, habebatis sane uobis istum senatorem, istum de uobis iudicem, si uultis, habebatis, de se homines, si qui extra istum ordinem sunt, quibus ne reiiciundi quidem amplius quam trium iudicium, praeclarae leges Corneliae faciunt potestatem, hunc hominem, tam crudellem, tam sceleratum, tam nefarium nolunt iudicare. etenim illud est tam flagitiosum, quod mihi omnium rerum uirissimum, maximeq. nefarium uidetur, ob rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere addiccam fidem, & religionem: quanto illud flagitiosius, improbus, indignus, eum, a quo pecuniam ob absolucionem accepit, condemnare, ut ne praedonum quidem praeator in fide retinenda consuetudinem conservaret? scelus est, accipere ab reo: quanto magis, ab accusatore: quanto etiam sceleratus, ab utroque? fidem cum proposuisse uenalem in prouincia, ualuit apud teplus is, qui pecuniam maiorem dedit. concedo, forsitan aliquis aliquando eiusmodi quippam fecerit. cum nero fidem, ac religionem tuam alteri addictam, pecunia accepta, habueris, post eandem aduersarijs tradideris maiore pecunia: utrumque fallas? & trades, cui

E X P L A N A T I O

Nisi Februario mense, & cum sententias nec de bello, nec de pace dici necesse est. legationes enim audiuntur. itaque tantum eo mense homo luxuria, desidiaq. perditus in senatum ueniet. **C**RENTIBVS: male animatis erga populum Romanum, utpote qui Mithridatem quoque, cum Romanis bellum gerentem, iuuissent. cum his bellum gessit, uictisq. triumphauit, & Cretici cognomen accepit, Q. Metellus, qui hoc anno consul erat designatus. **L**IBERET **B**yzantios: & ut suis legibus utantur, uectigalesq. populo Romano non sint. hoc postea P. Clodius tribunus pl. Pisone & Gabinio cos. legge sua liberavit. in orat. de prouincijs conf. Te imperatore infelicissimo, & taeterrimo, Cæsonine Caluenti, ciuitas libera, & proximis suis beneficijs a senatu, & a populo Romano liberata, sic spoliata, atque huiusmodi est, ut, nisi C. Virgilius legatus interuenisset, unum signum Byzantij ex maximo numero nullum haberent. **R**EGEM appelle **P**tolemaeum: & Alexandrinum: erat enim & Cyprus rex alter Ptolemaeus, huius frater. Videtur hic esse Ptolemaeus ille, de quo Suetonius his uerbis: Conciliato populi fauore, tentauit per partem tribunorum, ut sibi Aegyptus prouincia plebiscito daretur, naectus extraordi-

extraordinarii imperii occasionem, quod Alexandrini regem suum, socium, atque amicum a senatu appellatum, expulerant. Hic igitur Ptolemaeus, qui, Cicerone aedile designato, nondum a senatu rex appellatus erat, honorem societatis & amicitiae populi Romani ante Caesarem aedilem obtinuit, auctore Suetonio. Cum Ptolemaeo autem patre Cleopatre non ante Caesarem aedilem, sed post aliquot annos, ipso consule, societas facta est: ut lib. IIII. bel. ci. ipse scripsit. Necesse est, & cum senator sit. Quod imperium iudiciorum tenere uult. & Hortensium designat: cuius uoluntatem ita sequetur iudex Verres; ut in senatu. dictum est enim: Quae uult Hortensius, omnia dicat, & sentiat. Istius ordinem & senatorum. De se homines, si qui extra ordinem sunt, & hoc significat. Populus Romanus permittit uobis, ut iudicem Verrem senatorem habeatis, si quis ex uobis in iudicium uocabitur: sed, si quis de populo, qui senator non sit, reus fieri; is certe, cum tres tantum iudices ex lege Cornelia licet reiucere, in ijs ipsis tribus maxime Verrem, ut crudelem, ut sceleratum, ut nefarium, reiiciet. Amplius, quam trium iudicium, & in eo senatorum existimatione Sulla consuluit. bene enim de illo ordine sentire uisus est, cum tres tantum reiuciundi potestatem fecit. nam, si permisisset, ut reiici plures possent, multos reperiri senatores improbos iudicare uisus esset. Praetarare leges Corneliae & Praetararee primum, quia iudicia nobis tradiderunt: (gratiam iudicium acupatur) deinde, quia non amplius, quam trium iudicium, reiuciundi potestatem fecit. Tam crudel tam sceleratum, tam nefarium & mira uis oratoris. cum ait, Crudelem, uitium Verris unum notat: cum, Sceleratum, multa: scelus enim late patet, & in multis criminibus est: cum Nefarium, ita turpia, ut accedere nihil possit. Nefarius est enim, de quo ne fari quidem licet. Quibus in omnibus mediocritatem excludit, addita particula, Tam. Et enim si illud tam flagitosum, & hoc ornamenti genere, quod mire ualeat ad exaggerandum, nusquam copiosius, quam in ea pro Quintio, usus est. Miserum est, inquit, exturbari fortunis omnibus: miserius est, iniuria. acerbum est, ab aliquo circumueniri: acerbius, a propinquuo. calamitosum est, bonis euerti: calamitosius, cum dedecore. funestum est, a forte atque honesto uiro iugulari: funestius, ab eo, cuius uox praetorius quaestu prestigit. indignum est, a pari uinci, aut superiore: indignius, ab inferiori, atque humiliore. luctuosum est, tradi alteri cum bonis: luctuosius, inimico. horribile est, causam capitidis dicere: horribilis, priore loco dicere. Quem mibi tu Bulbum, quem Stalenum? & qui cum ab Oppianico, ut absoluueretur, pecuniam accepissent, cum tamen postea condemnarunt. uide pro Cluentio. Honestos homines & Petilius, & reliquos de conuentu Syracusano, qui iudicare debent. CONDEMNET, & Sopatrum. Cera & ut Hortensius, uide in Diuin.

ORATIO

STHENIUS est, is qui nobis assidet, Thermitanus, antea multis propter summanam uirtutem, summamq. nobilitatem, nunc propter summanam calamitatem, atque istius insignem iniuriam omnibus notus. huius hospitio Verres cum esset uisus, & cum apud eum non modo Thermis saepenumero fuisset, sed etiam habitasset; domo eius omnia abstulit, quae paullo magis animum cuiuspiam, aut oculos possent commouere. etenim Sthenius ab adolescentia paullo studiosius haec comparabat, supellectilem ex aere elegantiorem & Deliacam, & Corinthiam, tabulas pictas, etiam argenti bene facti, prout Thermitani hominis facultates ferebant, satis. quae, cum esset in Asia adolescens, studiose, ut dixi, comparabat, non tam suae delictationis causa, quam ad initiationes aduentusq. nostrorum hominum, suorum amicorum, atque hospitum. quae postea quam ille omnia abstulit, alia rogando, alia pascendo, alia sumendo; ferebat Sthenius ut poterat, tangebatur tamen animi dolore necessario; quod domum eius exornata, atque instructa fere iam ille reddiderat nudam, atque inanem: uerum tamen dolorum suum nemini impertiebat: praetoris iniurias tacite, hospitis placide ferendas arbitrabatur. interea cupiditate ille illa sua nota, atque apud omnes perulgata, cum signa quaedam pulcherrima, atque antiquissima Thermis in publico posita uidisset, adamauit: a Sthenio petere coepit, ut ad ea tollenda operam suam profiteretur, seq. adiuuaret. Sthenius uero non solum negauit, sed etiam ostendit id fieri nullo modo posse, ut signa antiquissima, monumenta P. Africani, ex opido Thermitanorum, incolumi illa ciuitate, imperioq. po-

puli R. tollerentur. etenim, ut simul P. Africani quoque humanitatem cognoscatis, opidum Himeram Carthaginenses quondam ceperant, quod fuerat in primis Siciliae clarum, & ornatum. Scipio, qui hoc dignum populo R. arbitraretur, bello confeccio socios sua per nostram uictoriaram recuperare; Siculis omnibus, Cartagine capta, quae poruit, restituenda curauit. Himmera deleta, quos cives bellum calamitas reliquos fecerat, ij se Thermitis collocarant in eiusdem agri finibus, neque longe ab opido antiquo. hi se patrum fortunam, ac dignitatem recuperare arbitrabantur, cum illa maiorum ornamenta in eorum opido collocabantur. erant signa ex aere complura, in his mira pulchritudine ipsa Himerae, in muliebrem figuram, habitumq. formata, ex opidi nomine, & fluminis. erat etiam Stesichori poetae statua, senilis, incurua, cum libro, summo, ut putant artificio facta ab eo, qui fuit Himerae, sed est, & fuit tota in Graecia summo propter ingenium honore, & nomine. haec iste ad insaniam conciperat, etiam, quod paene praeterij, capella quaedam, ea quidem mire, ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus, scire facta, & uenustate. haec & alia Scipio non negligenter abiecerat, ut homo intelligens Verres auferre posset, sed Thermitanis restituerat: non quo ipse hortos, aut suburbium, aut locum omnino, ubi ea poneret, nullum haberet: sed, si domum abstulisset, non diu Scipionis appellarentur, sed eorum, ad quoscumque ipsius morte uenissent: nunc ijs locis posita sunt, ut mibi semper Scipionis fore videantur, itaq. dicantur. haec cum iste posceret; agereturq. ea res in senatu; Sthenius uenientissime

mentissime relitit, multaque, ut in primis Siculorum in dicendo copiosus est, commemoravit: urbem relinquare Thermitanos esse honestius, quam pati tolli ex urbe monumenta maiorum, spolia hostium, beneficia clarissimi viri, indicia societatis populi R. atque amicitiae. commoti animi sunt omnium. repertus est nemo, quin mori diceret satius esse. itaque hoc adhuc epidum Verres inuenit prope solum in orbe terrarum, unde nihil eiusmodi rerum de publico per vim, nihil occulte, nihil imperio, nihil gratia, nihil precario posset auferre. ueruntamen hafce eius cupiditates exponam alio loco: nunc ad Sthenium reuertar. Itaque iste uebementer Sthenio infensus, hospitium ei renunciat, domo eius emigrat, atque adeo exit: nam iam ante migrarat. eum autem inimicissimi Sthenij domum suam statim inuitant, ut animum eius in Sthenium inflamarent, ementiendo aliquid, & criminando. hi autem erant inimici, Agathinus, homo nobilis, & Dorotheus, qui habebat in matrimonio Callidamam, Agathini eius filiam, de qua iste audierat: itaque ad generum Agathini migrare maluit. una uox intercesserat, cum iste Dorotheum sic diligebat, ut dices omnia inter eos esse cōmunia: Agathinum ita obseruabat, ut aliquem affinem ac propinquum. contempnere etiam signum illud Himerae iam uidebatur, quod eum multo magis figura, & lineamenta hospitiae delebat. itaque hortari homines coepit, ut aliquid Sthenio periculi crearent, criminisq. confingerent. dicebant se ille habere, quod dicerent. tum iste his aperte ostendit, & confirmavit, eos, in Sthenium quidquid uellet dicere, simili atque ad se detulissent, probatu-ros. ita illi non procraslinant: Sthenium statim educunt: aint ab eo litteras publicas esse corruptas. Sthenius postulat, ut secum sui ciues agant de litteris publicis corruptis, eiusq. rei legibus Thermitanorum actio sit: cum senatus populusq. R. Thermitani, quod semper in amicitia, fideq. mansisset, urbes, agros, legesq. suas reddidisset, Publiusq. Rupilius postea leges ita Siculis ex S. C. de decim legatorum sententia dedisset, ut ciues inter se legibus suis agerent; idemq. hoc haberit Verres ipse in editio; ut de his omnibus caussis se ad leges reuiceret. iste, homo omnium aequissimus, atque a cupiditate omnium remotissimus, se cognitum esse confirmat: paratum ad caussam dicendam uenire hora octaua iubet. non erat obscurum, quid homo improbus, ac nefarius cogitaret. neque enim ipse satis occultarat, nec mulier tacere poterat. intellectum est id istum agere, ut, cum Sthenium sine ullo arguento, ac sine teste damnasset, tum homo nefarius de homine nobili, atque id aetatis, suoq. hospite uirgis supplicium crudelissime sumeret. quod cum esset perspicuum; de amicorum hospitiumq. suorum sententia Thermitis Sthenius Romanum profugit; biemi flibibusq. sese committere maluit, quam non istam communem Siculorum tempestatem, calamitatemq. uitare. iste, homo certus, & diligens, ad horam octauam praepto est. Sthenium citari iubet: quem postea quam uidet non adeste. dolore ardere, atque iracundia furere coepit, Venerios in domum Sthenij mittere, equites circum agros eius, uillaq. dimittere. itaque cum expectat quidam sibi certi afferatur, ante horam tertiam noctis de foro non discessit. postridie mane de-sindit: Agathinum ad sese uocat: iubet eum de lit-

teris publicis in absentem Sthenium dicere. erat eiusmodi caessa, ut ille ne sine aduersario quidem apud inimicum iudicem reperire posset, quid diceret: itaque tantum uerbo posuit, Sacerdote praetore Sthenium litteras publicas corrupisse. uix ille hoc dixerat, cum iste pronunciat, Sthenium litteras publicas corrupisse uideri, & haec praetera addidit homo Venerius non modo, nullo exemplo, ob eam rem HS d Veneri Erycinae de Sthenij bonis exacturum: bonaq. eius statim coepit uendere: & uenidisset, si tantulum morae fuisset, quo minus ei pecunia illa numeraretur. ea postquam numerata est, contentus hac iniuitate non fuit: palam de sella, ac tribunali pronunciat; si quis absentem Sthenium rei capitalis reum facere ueller, sese eius nomen recepturum: & simul, ut ad caussam accederet, nomenq. deferret, Agathinum, nouum affinem, atque hospitem, coepit hortari. tum ille clare, omnibus audientibus, sese id non esse facturum, neque se usque eo Sthenio esse inimicum, ut enī rei capitalis affinem esse diceret. hic tum repente Pacilius quidam, homo egens, & leuis, accedit: ait, si licet, nomen absens deferre se uelle. iste uero, & licet, & fieri sole-re, & se recepturum. itaque defertur. edicit statim, ut x. kal. Dec. adsit Sthenius Syracusis. hic, qui Romam uenisset, satisq. feliciter anni iam aduerso tempore nauigasset, omniaq. habuisset aquiora, & placabiliora, quam animum praeatoris, atque hospitis, rem ad amicos suos detulit, quae, ut erant acerba, atque indigna, sic uidebantur omnibus. itaque in senatu continuo Cn. Lentulus, & L. Gellius eos. faciunt mentionem, plae-cere statui, si patribus conscriptis uideretur, ne absentes homines in prouincijs rei fuerint rerum capitalium; caussam Sthenij totam, & istius crudelitatem, & iniuitatem senatum docent. aderat in senatu Verres, pater istius: flens unumquemque senatorem rogabat, ut filio suo parceret: neque tamen multum proficiebat. erat enim summa voluntas senatus: itaque sententiae dicebantur: cum Sthenius absens reus factus esset, de absente iudicium nullum fieri placere, & si quod esset factum, id ratum esse non placere. eo die transi-gi nihil poruit, quod & id temporis erat, & ille pa-ter istius inuenierat homines, qui dicendo tempus con-sumerent. postea senex Verres defensores, atque ho-spites omnes Sthenij conuenit: rogat eos, atque orat, ne oppugnant filium suum, de Sthenio ne laborent: con-servat his, curaturum se esse, ne quid ei per filium suum noceretur; se homines certos eius rei caussa in Si-ciliam & terra, & mari missurum. & erat spatium dierum fere triginta ante x. kal. Dec. quo iste, ut Syra-cusis Sthenius adesset, edixerat. commouentur amici Sthenij: sperant fore, ut patris litteris, nuncq. ab incepto furore reuocetur. in senatu postea caussa non agitur. uenient ad istum domestici nunci, litterasq. a patre afferunt ante x. kal. Dec. cum isti etiam tum de Sthenio integra tota res esset: eodemq. ei tempore de eadem re litterae complures a multis eius amicis, ac necessarijs afferuntur. hic iste, qui prae cupiditate ne-que officij sui, neque periculi, neque pietatis, neque humanitatis rationem habuisset umquam, neque in eo quod monebatur, auctoritatem patris, nec in eo, quod rogarabatur, uoluntatem anteponendam putauit libidini suae. mane x. kal. Dec. ut edixerat, Sthenium citari iu-bet. Si abs te istam rem parens tuus alicuius amici ro-

gatu,

gatu, benignitate, aut ambitione inductus petisset, grauissima tamen opud te uoluntas patrie esse debuisset. cum uero abs te tui capitis cauſa peteret, hominesq. certos domo misſet, hiq. eo tempore ad te uenissent, cum tibi in integrō tota res eſſet: ne tum quidem te potuit ſi nō pietatis, at ſalutis tuae ratio ad officium, sanitatemq. reducere? Citat reum: non reſpondet. citat accusatorem (attendite, quaeſo: uidete, quantopere iſius ament' a fortuna ipſa aduersata fit: & ſimil uide, quis Sthenū cauſam cauſus adiuuerit) citatus accusator M. Tacilius nescio quo cauſu non respondit, non affuit. ſi praefens Sthenius reus eſſet factus, ſi maniſto in maleſicio teneretur: tamen, cum accusator

non addeſſet, Sthenium condemnari non oportere. nem, ſi poffet reus abſente accuſatore damnari, non ego a Vibone Veliam paruulo nauigio inter fugitiuum, ac praedonum, ac tua tela uenifsem: quo tempore omnis illa mea ſefinatio fuit, cum periculo capitis, ob eam cauſam, ne tu ex reis eximerere, ſi ego non affuiſſem ad diem. quod igitur erat in tuo iudicio optatiſſimum, me, cum citatus eſſem, non addeſſe; cur Sthenio non putasti prodeſſe oportere, cum eius accuſator non affuiſſet? itaque fecit, ut exitus principio ſimillimus reperiretur. quem abſentem reum fecerat, eum abſente accuſatore condemnat.

EXPLANATIO

ANTEA multis § ſimilis illa figura lib. V. Homo, quam diu uixit, domi ſuac, poſt mortem tota ſicilia clarus, & nobilis DELIACAM, & Corinthiam, § uafa ſignificantur ex aere Deliaco, & Corinthio. Pro Rofcio Am. Domus referta ualis Corinthijs, & Deliacis. Ad iſaniam § huius uerbi uim ſupra attigimus in eo loco: Quibus in rebus iſtius cupiditates, & iſaniam quis ignorat? EXIT: § cum ſupelleſtile direpta. I AM ente migrarat. § cum hospitio rem, contra ius hospitij, ad ſe tranſtulit, migrale, & ab eo ſeparatim habitare uiflus eſt, quamquam domo non exiret. VNA nox, § qua cum eius uxore concubuit. OMNIA inter eos communia: § ne uxore quidem excepta. AFFINEM § ut affinis Agathinus Dorothei, generi ſui, ſic Verriſ tamquam generi. ſupra. SINE ullo argumento, § nulla ratione, nulla cauſa: ut inſra: Quid tandem habuit argumenti, aut rationis res. VENERIOS § ſeruos ſuos. STHENIVM litteras publicas corruſiſe uideri. § uiflatus loquendi modus, affirmatione remota, ad Att. lib. I. V. Drufus, Scaurus non feciſſe uidentur. HOMO Venerius: § cultor Veneris. ſupra: Satris ne uobis magnam pecuniam Venerius homo Veneris nomine quaefiſſe uideatur? ADERAT in ſenatu Verres, pater iſtius: § qui diuīſor fuerat. nam act. I. Q. Verrem Romilia, ex optimis diuīſorum diſciplina, patris iſtius diſcipulum. Qy I diendo tempus conſumerent. § licebat enim ſenatori, quamdiu uellet, dicere, lib. III, de leg. Nec eſt umquam longa oratione utendum, niſi aut exſpectante ſenatu, quod fit ambitione ſaepiſſime, cum, nullo magiſtratu adiuuante, tolli diem utile eſt; aut; &c. TVALTELA § act. I. Cum multae mihi a C. Verre iſiſidiae terra mariq. factae ſint. FUGITIVORVM, § telo duam Spartaci manum ſignificat.

ORATIO

NVNCIABATVR illi primis illis temporibus id, quod pater quoque ad eum pluribus uerbis ſcripferat agitat: am rem eſſe in ſenatu, etiam in concione tribunam pl. de cauſa Sthenij. M. Palicanum eſſe queſtum, poſtremo me ipſum apud collegium hoc tribunorum pl. cum eorum omnium editio non liceret quē quam Romae eſſe, qui rei capitalis condemnatus eſſet, egiffe cauſam Sthenij, cum rem ita expoſuſſem, quemadmodum nunc apud uos, docuſſemq. hanc damnationem duci non oportere; tribunos pl. hoc ſtatuiſſe, idq. omnium ſententia pronunciatum eſſe, non uideri Sthenium impediri editio, quo minus ei liceret Romae eſſe. cum haec ad iſum efferrentur, timuit aliquando, & conmotus eſt: uertuſilum in tabulis ſuis: quo factio cauſam omnem euerit ſuam: nihil enim ſibi reliqui fecit, quod defendi aliqua ratiōne poſset. nam, iſa ita defendor, recipi nomen abſentis licet, hoc fieri in prouincia nulla lex uetat: mala, & improba defenſione, uerum aliqua tam eni uti uideretur, poſtremo illo desperatissimo perfugio uti poſſet, ſe imprudentem feciſſe, exiſtimiſſe id licerere. quamquam haec perditissima defenſio eſt, tamen aliquid dici uideretur, tollit ex tabulis id quod erat, & facit coram delatione eſſe. hic uidete, in quo laqueos ſe induerit, quorum ex nullo fe-

uamquam expediret. primum ipſe in Sicilia ſaepe, & palam de loco ſuperiore dixerat, & in ſermoni multis demonſtrarat, licere nomen recipere abſentis, ſe exiſto feciſſe id quod feciſſet. haec eum dictiuitaffe priore actione, & Sex. Pompeius Chlorus dixit, de cuius uirtute antea cōmemorauit; & Cn. Pompeius Theodorus, homo C. Pompeii, clarissimi uiri, iudicio plurimis maximisq. in rebus probatissimus, & omnium exiſtimatione ornatissimus; & Posides Matro Solentinus, homo ſumma nobilitate, exiſtimatione, uirtute; & haec actione quam uoletis multi dicent; & qui ex iſo ipſo audierint, uiri primarij nostri ordinis; & alijs, qui interfuerint, cum abſentis nomen recuperet, deinde Romae cum res eſſet acta in ſenatu, omnes iſtius amici, in his etiam pater eius, hoc defendebat, licere fieri: ſaepē eſſe faſium: iſum, quod feciſſet, aliorum exemplo, iſtitutoq. feciſſe. dicet praeterea teſiſſum tota Sicilia: quae in communibz poſtulatis ciuitatum omnium consulibus edidit, rogare, atque ore patres conſcriptos, ut ſtatuerent, ne abſentium nomina recipiuerint. qua de re Cn. Lentulum, patronum Sicilie, clarissimam adolescentem, dicere audisti: Siculos, cum ſe cauſam, quae pro hiſ ſibi in ſenatu aſienda eſſet, docerent, de Sthenij calamitate queſtos eſſe,

ese, propterq. hanc iniuriam, quae Sthenio facta esset, eos statuisse, ut, quod dico, postularetur. Quae cum ita essent; tanta ne amentia praeditus, atque audacia fusi, ut in re tam clara, tam testata, tam abs te ipso pernulata tabulas publicas corrumpere auderes; et quemadmodum corrupisti? non ne ita, ut, omnibus nobis taentibus, ipsae te tuae tabulae condemnare possent? Quae eo, codicem circumfer, ostende. uidetis ne totum hoc nomen, coram ubi facit delatum, esse in litura? quid fuit istuc antea scriptum? quod mendum istalitura correxit? Quid a nobis, indices, exspectatio argumenta huins criminis? nihil dicimus: tabulae sunt in medio: quae se corruptas, atque interlitas esse clamant. ex ipsis etiam tu rebus effugere te posse confisi? cum te nos, non opinione dubia, sed tuis uestigis perseguamus, quae tu in tabulis publicis expressa, ac recentia reliquisti. Is mibi etiam, Sthenium litteras publicas corrupisse, causa incognita iudicabit, qui defendere non potuerit, se ex ipsis Sthenij nomine litteras publicas non corrupisse. uidete porro aliam dementiam: uidete, ut, dum expedire sese vult, induat. Cognitorem adscribit Sthenio: quem? cognatum alienum, aut propinquum? non: Thermitanum aliquem, honestum hominem, ac nobilem? ne id quidem: at Siculum, in quo aliquis splendor, dignitasq. esset? minime. quid igitur? ciuem R. cui hoc probari posset? cum Sthenius ciuitatis suae nobilissimus, amplissima cognitione, plurimis amicitijs, cum praeterea tota Sicilia multum auctoritate, et gratia posset; inuenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret? hoc probabis? an ipse ciuem R. maluit? cedo; cui Siculo, cum reus fieret, ciuis Romanus cognitor fatus unquam sit. omnium praeatorum litteras, qui ante fuerunt, profer, explica: si unum inuenieris, ego hoc tibi, quemadmodum in tabulis scriptum habes, ita gestum esse concedam. at credo Stheniuam hoc sibi amicum esse putauit, eligere e ciuium R. numero, ex amicorum, atque hospitum suorum copia, quem cognitorem daret. quem de legit? quis in tabulis scriptus est?

C. Claudius, C. filius, Palatina. non quapro, quis hic sit Claudius, quam splendidus, quam honestus, quam idoneus, propter cuius auctoritatem & dignitatem Sthenius ab omnium Siculorum consuetudine discederet, & ciuem Romanum cognitorem daret. nihil horum quapro. fortasse enim Sthenius non splendorem hominis, sed familiaritatem secutus est. quid, si omnium mortalium Sthenio nemo inimicior, quam hic C. Claudius tum semper, tum in his ipsis rebus, & temporibus fuit? si de litteris corruptis contruensit? si contra omni ratione pugnauit: utrum potius, pro Sthenio inimicum cognitorem esse factum, an te in Sthenij periculum inimici eius nomine abusum esse credemus? ac ne quis forte dubitet, cuiusmodi totum sit negotium: tametsi iamdudum omnibus ipsis improbitatem perspicuum esse confido, tamen paullulum etiam attendite. Videntis illum subscripto capillo, nigrum? qui eo uult nos intuetur, ut sibi ipse peracutus esse videatur? qui tabulas tenet? qui scribit? qui monet? qui proximus est? is est C. Clodius, qui in Sicilia sequester ipsis, interpres; consellor negotiorum, prope collega Timarchidis numerabatur; nunc obtinet eum locum, ut uix Apronio illi de familiaritate concedere videatur; & qui se non Timarchidis, sed ipsius Verris collegam, & socium esse dicebat. Doubitate etiam, si potestis, quin eum iste potissimum est omni numero delegerit, cui improbam personam imponeret, quem & huic inimicissimum, & sibi amicum esse arbitraretur. hic uos dubitatis, indices, tantam ipsis audaciam, tantam crudelitatem, tantam iniuriam vindicare? dubitatis exemplum iudicium illorum sequi, qui, damnato Cn. Dolabella, damnationem Philodami Opuntii resederunt, quod non absens reus factus esset, quae res inquisitissima, & acerbissima est, sed cum ei legatio Romam a suis ciuibus esset data? quod illi indices multo in leuore causa statuerunt, aequitatem secuti; uos id statuere in grauissima causa, praesertim aliorum auctoritate iam confirmatum, dubitabitis?

EXPLANATIO

PALICANVM; Lolliae gentis, ingenio ad accusandum propenso: de quo ad Att. Dignus, qui Palicanus, sicut facit, os ad male audiendum praebat. De loco superiori; de tribunal. ep. ad Appium: Illud quidem scio, meos multos, & illustres, & ex superiori, & ex aequo loco sermones habitos cum tua summa laude, ad te uere potuisse deferri. CN. Lentulum, & Marcellinum? de quo in Diuin. is enim Siciliae patronus fuit. erat hoc tempore alter Cn. Lentulus censor, sed non Marcellini cognomine: non enim a Marcellis, qui erant omnes Siciliae patroni, originem ducebat. VT, QVOD dico, postularetur. ne absentium nomina reciperentur. CORAM ubi facit delatum, & Sthenium, supra: Tollit ex tabulis id, quod erat, & facit, coram delatum esse. VESTIGIIS; lituris. C. CLAVDIVS C. F. Palatina. ex Palatina tribu, non splendidus homo, non honestus, non idoneus, propter cuius auctoritatem & dignitatem Sthenius ab omnium Siculorum consuetudine discederet, & ciuem Romanum cognitorem daret. nam propter eius ignobilitatem tribus nomen est additum. qua de re diximus in ea pro Quintio. CONTRA uenit; iudiciale uerbum, cuius exempla nonnulla subiiciam. Phil. 2. Contra rem suam me nescio quando uenisse, questus est. Phil. 8. Negat se illi amicum esse debere: cum suo magno esset beneficio, uenisse eum contra se. Pro Q. Roscio: Quid tu, Saturi, qui contra hunc uenis, existimas aliter? PRO STHENIO; ut Sthenium iuuaret: quod ab inimico non expectatur. IN STHENII periculum; ad Sthenium opprimentum. A BYSVM esse; astute, & dolo malo usum esse. APRONIO illi; Verris amicibus, & deliciis: ut lib. III. DAMNATIONEM Philodami; damnatus erat a Dolabella. OPVENTII; hoc addidit, ut hunc Philodamum a Lampacenno distinguenter, qui & ipse damnatus quidem etat a Dolabella, sed in Asia, Neronis prouincia: ut lib. I. NON absens reus factus esset, & ut Sthenius. IN GRAVISSIMA causa; absens enim damnatus est, obiecto falso crimine, quia litteras publicas corrupisset.

ORATIO

AT quem hominem, C. Verres, tanta tam insigni iniuria affecisti? cuius absentis nomen receperisti? quem absentem non modo sine crimine, & sine teste, uerū etiam sine accusatore damnasti? quem hominem, dij immortales: non dicam amicum tuum, quod apud homines carissimum est: non hospitem, quod sanctissimum est. nihil enim minus libenter de Sthenio commemo: nihil aliud in eo, quod reprehendi possit, inuenio, nisi quod homo frugalissimus, atque integer rimus te hominem plenum stupri, flagitiū, sceleris domum suam inuitauit; nisi quod qui C. Marij, & Cn. Pompeij, C. Marcelli, L. Sisenae, tui defensoris, ceterorumq. fortissimorum hostes fuisse, atque esset, ad cum numerum clarissimorum hominum tuum quoque nomen adscriperit. quare de hospitio uiolato, & de isto tuo nefario scelere nihil queror: hoc dico, non iūs, qui Sthenium norunt, hoc est nemini eorum, qui in Sicilia fuerunt: nemo enim ignorat, quo hic in ciuitate sua splendore, qua apud omnes Siculos dignitate, atque existimatione sit: sed ut illi quoque, qui in ea prouincia non fuerunt, intelligere possint, in quo homine tu statueris exemplum eiusmodi, quod tum propter iniquitatem rei, tum etiam propter hominis dignitatem acerbum omnibus, atque intolerandum uidetur. Est ne Sthenius is, quā omnes honores domi suae, facillime cum adeptus esset, amplissime ac magnificissime gessit? qui opidum non maximum maximis ex pecunia sua locis communibus, monumentisq. decorauit? de meritis in remp. Thermitanorum, Sicullosq. uniuersos fuit aenea tabula fixa Thermitis in curia? in qua publice erat de huīus beneficiis scriptum, & incisum: (quae tabula tum imperio tuo reuulsa, nunc a me tamen reportata est) ut omnes huīus ho-

nores inter suos, & amplitudinem possent cognoscere. Est ne hic, qui, apud Cn. Pompeium, clarissimum virum, cum accusatus esset, quod propter C. Marij familiaritatem, & hospitium contra remp. sensisse eum inimici & accusatores eius dicerent, cum magis inuidioso crimen, quam uero accuseretur, ita a Cn. Pompeio absolutus est, ut in eo ipso iudicio Pompeius hunc hospitio suo dignissimum statuerit & ita porro laudatus, defensusq. ab omnibus Siculis, ut idem Pompeius non ab homine solum, sed etiam a prouincia tota se huius absolutione inire gratiam arbitraretur? Positremo est ne hic, qui & animum in remp. habuit eiusmodi, & tantum auctoritate apud suos ciues potuit, ut persiceret in Sicilia solus te praetore, quod non modo Siculus nemo, sed ne Sicilia quidem tota potuisset, ut ex opido Thermitis nullum signum, nullum ornamentum, nihil ex sacro, nihil de publico attingeres? cum praeceps esset multa praeclara, & tu omnia concupisces. Denique nunc uide, quid inter te, cuius nomine apud Siculos dies festi agitantur, & praeclara illa Verea celebrantur, cui statuae Romae stant inauratae, a communi Siciliae, quemadmodum inscriptum videmus, datae; uide, inquam, quid inter te, & huic Siculum, qui abs te est, patrono Siciliae, condemnatus, intersit. hunc ciuitates ex Sicilia permulta testimonio suo, legationibusq. ad eam rem missis publice laudent: te, omnium Siculorum paronum, una Mamertina ciuitas, socia fuxorum, ac flagitorum tuorum, publice laudat, ita tamen non more, ut legati laedant, legatio laudet. certe quidem ciuitates publice litteris, legationibus, testimonij accusant, queruntur, arguunt: si tu absolutus sis, fundatis enuersas se esse arbitrantur.

EXPLANATIO

VEM hominem, dij immortales: & amplificatio, ut infra: Quanta illuc multitudo, quanta uis hominum conuenisse dicebatur tum, cum statuae sunt illius deiectae, atque euersae: at quo loco? celeberrimo, ac religiosissimo. Et aliquanto post. Possum ne rem magis iudicatam asserre? magis reum condemnatum in iudicium adducere? at quorum iudicio condemnatum? nempe eorum, quos iū, qui severiora iudicia desiderant, arbitrentur res iudicare oportere. Lib. III. Videamus, Herbitensis ciuitas honesta, & antea copiosa, quemadmodum spoliata ab isto, ac uexata sit: at quorum hominum? summorum aratorum. Lib. IV. Mamertina ciuitas improba antea non erat, erat etiam inimica improborum: quae C. Catonis, illius, qui consul fuit, impedimenta retinuit: at cuius hominis? clarissimi, potentissimiq. Ad Paetum: Habuisses non hospitem, sed contubernalem. at quem uirum? quem tu solitus es promulside confidere. Terentius in Phorm. At quem uirum? quem ego optimum in uita uiderim. C. MARII & septies consulis. CN. POMPEII, & qui tum consul erat. C. MARCELLI, & qui Siciliae praefuerat, ut supra dictum est, & in causa Verris index erat, ut lib. IV. SISENNAE, & Corneliae gentis. nominatur in Bruto inter oratores. AT QVE esset, & remanet enim hospitium, temel institutum, uel absentibus hospitibus. DE HOSPITIO uiolato & usus est uerbo de sacris rebus usurpari solito. & hospitibus praesesse Iupiter, quem propterea Hospitali vocarunt, existimabatur. Pro Deiotaro: Si palam te interemiser, omnium in le gentium non solum odio, sed etiam arma conuictissler: si ueneno, Iouis illius quidem Hospitalis numen numquam celare potuisset, homines uero fortales celauisset. Hic autem paullo ante: Non dicam amicum tuum, quod apud homines carissimum est: non hospitem, quod sanctissimum est. Hoc dico, & quid? id quod subiungitur: Est ne Sthenius is, qui omnes honores domi suae, facillime cum adeptus esset, amplissime, ac magnificissime gessit? Haec enim spectant ad illa superiora. Quem hominem, dij immortales? Quasi subiunxit, cum, qui omnes honores domi suae, facillime cum adeptus esset, amplissime, ac magnificissime gessit? CN. Pompeium, &

Pompeium, & cum in Sicilia fuit, Carbonem persequens, Marianarum partium ducem. CONTRA
remp. & contra optimates, quorum defensor Sulla fuit: Pompeius autem pro Sulla contra Marium,
eiusq. factionem pugnauit. IN VIDIOSO & quod odium parere posset ob C. Marij familiaritatem, &
hospitium. EIVS MODI, & qualem iudicauit Pompeius, cum eum absoluit. A COMMUNI Sici-
liae, & male antea, A communis Sicilia. sic alibi, Commune Miliadum. DATAE & ut patrono. Vt
legati laedant. & repetendo quae tu ijs abstulisti. supra: Praeclarlaudatio, cum duabus in rebus lega-
torum una opera consumitur, in laudando, atque repetendo. LAEDANT: accusent: ut ad Lentulum:
Cum me dicentem, non laceſſentem, laeſſeret. Et in epift. Trebonij: Etiam si odio par fuerit in eos,
quos laeſſit.

O R A T I O

HOC de homine, ac de huius bonis etiam in Ery-
ce monte monumentum tuorum flagitorum, cru-
deltatisq. posuisti: in quo Sthenij Thermitani nomen
adscriptum est. uidi argenteum Cupidinem cum lam-
pade. quid tandem habuit argumentum, aut rationis res,
quamobrem in eo potissimum Sthenianum praemium
poneretur? utrum hoc signum cupiditatis tuae, an tro-
phaeum necessitudinis, atque hospitij, an amoris in-
dicum esse uoluisti? Faciunt hoc homines, quos in
summa nequitia non solum libido, & uoluptas, uerum et
iam etiam ipsius nequitiae fama delectat, ut multis in
locis notas, ac uestigia scelerum suorum relinqui ue-
lant. Ardebat amore illius hospitiae, propter quam ho-
spitij iura uiolarat. hoc non solum sciri tum, uerum et
iam commemorari semper uolebat. itaque ex illa ipfa
re, quam accusante Agathino gesserat, Veneri potis-
simum deberi praemium statuit, quae illam totam ac-
cusationem, iudiciumq. conflatrat. Putarem te gra-
tum in deos, si hoc donum Veneri non de Sthenij bo-
nis dedisse, sed de tuis: quod facere debuisti, praef-
serint cum tibi illo ipso anno a Chelidone uenisset he-
reditas. Hic ego si hanc causam non omnium Siculo-
rum rogatus recipiſsem; si hoc a me muneris non uni-
uersa prouincia popoſcisset; si me animus, atque amor
in rem. existimatioque, offensa nostri ordinis, ac iudi-
ciorum non hoc facere coegisset; atque haec una cauſ-

ſa fuifſet, quod amicum atque hospitem meum Sthen-
ium, quem ego in quaefitura mea singulariter dilexiſ-
sem, de quo optime existimafsem, quem in prouincia
existimationis meae studiosissimum, cupidissimumq.
cognofsem, tam crudeliter, scelerate, nefarieq. tra-
etlasses: tamen digna cauſa effet, cur inimicitias homi-
nis improbissimi ſuſcipere, ut hospitij ſalutem, for-
tuinasq. defenderem. fecerunt hoc multi apud maiores
noſtros, fecit etiam nuper, homo clariffimus, Cn. Do-
mitius, qui M. Silanum, consularem uirum, accusauit
propter Egritomari, transalpini hospitij, iniurias. pu-
tarem me idoneum, qui exemplum ſequeret humanita-
tis, atque officij, proponeremq. ſpem meis hospitibus,
ac necessarijs, quo tutiorem uitam ſeſe meo praefidio
uicturos effe arbitrarentur. cum uero in communib[us]
iniurijs totius prouinciae Sthenij quoque cauſa conti-
neatur; multiq. uno tenore a me hospites, atque ami-
ci publice, priuatimq. defendantur: profecto uereri non
debeo, ne quis hoc, quod facio, non exſtimet ſummi offi-
cij ratione impulſum, coactumq. ſuſcipiſſe. At que, ut
ali quando de rebus ab iſto cognitis, iudicatisque, & de
iudicijs datis dicere deſſlamus; &, quoniam facta
iſtius in his generibus infinita ſunt, nos modum aliquē,
& finem orationi noſtræ, criminibusq. faciamus; pau-
ca ex alijs generibus ſumemus.

E X P L A N A T I O

MONUMENTVM & argenteum Cupidinem, qui Sthenij fuerat. ARGUMENTI, & cauſae: ut fu-
pra: Cum Sthenium ſine ullo argumento, ac ſine teste damnaſſet. IN EO & in Eryce monte.
STHENIANVM praemium & hoc inſra explanatur hiſ uerbis: Ex illa ipſa re, quam accusante Agathi-
no gesserat, Veneri potissimum deberi praemium statuit, quae illam totam accusationem, iudiciumq.
conflatrat. CUPIDITATIS & auaritiae. HOSPITII, & uiolati. AMORIS, & in Callidamam. IL-
LIUS hospite, & Callidamæ, Agathini filiae, Dorothei uxoris, cuius in domum e Sthenij domo
migrauerat. QVI M. Silanum & eadem historia in Diuin. De iudicijs datis & dixi iam, tum praetores
iudicia dediffe, cum iudices dabant, & formulam iudicandi. ſupra: Dubium nemini eſt, quin omnes
omnium pecuniae poſitae ſint in eorum potestate, qui iudicia dant, & eorum, qui iudicant.

O R A T I O

AVDISTIS, ob ius dicendum, Q. Varium dice-
re, procuratores ſuos iſti centum & triginta mil-
lia numnum dediffe: meminifſis, Q. Varij testimo-
nium, remq. hanc totam C. Sacerdotis, hominiſ orna-
tissimi, testimonio comprobari: ſcitis, Cn. Sertium,
M. Modium, equites R. ſexcentos praeterea cines R.
multosq. Siculos dixiffe, iſti pecuniam ob ius dicendum
dediffe. de quo crimine quid ego diſputem, cum totum
poſitum ſit in teſſibus? quid porro arguenter, qua-
de re dubitare nemo poſſit? an hoc dubitatibus quiſquam
omnium, quin iſ ſenalem in Sicilia iurisdictionem ha-
buerit, qui Romae totum edictum, atque omnia decre-
ta uendiderit? & quin ab Sicilia ob decreta interpo-
nenda pecuniam accepit, qui M. Octavianus Lig-
Y 2 rem

rem ob ius dicendum poposcerit: quod enim praeter ea genus pecuniae cogendae præterit? quod non, ab omnibus alijs præteritum, excogitauit? ecquae res apud ciuitates Siculas expetitur, in qua aut bonos aliquis sit, aut potestas, aut procuratio, quin eam rem tu ad tuum quartum, nundinationemq. hominum traduxeris? dicta sunt priore actione & priuatim, & publice testimonias legati Centuripini, Halefini, Catinenes, Panormitanisq. dixerunt, multarum prætere aciuitatum, iam uero priuictum plurimi: quorum ex testimonijs cognoscere potueris, tota Sicilia per triennium neminem ulla in ciuitate senatorem factum esse gratis; neminem, ut leges eorum sunt, suffragijs; neminem nisi iussi imperio, aut litteris: atque in his

omnibus senatoribus cooptandis non modo suffragia nulla fuisse, sed ne genera quidem spectata esse, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret; neque census, neque aetatis, neque cetera Siculorum inveniuntur: quicumque senator uoluerit fieri, quamvis puer, quamvis indignus, quamvis ex eo loco, ex quo non licaret; si is pretio apud istum fieret idoneus ut uinceret, factum esse semper: non modo Siculorum nihil in hac re ualuerit leges, sed ne ab senatu quidem populoq. R. datas, quas enim leges socijs amicisq. datas, qui habet imperium a populo R. auctoritatem legum dandarum a senatu, haec debent & populi R. & senatus existimari.

EXPLANATIO

M. OCTAVIVM Ligurem, & hac de re lib. I. Ex eo loco, obscuri generis. QVI habet imperium a populo Romano, & ut habuit P. Rupilius, quem supra vocavit imperatorem populi Romani. lib. I.

ORATIO

HALEFINI pro multis, & magnis suis, maiores suorum in rem nostram meritis, atque beneſicijs suo iure nuper, L. Licinio, Q. Mucio cos. cum haberent inter se controvexas de senatu cooptando, leges ab senatu nostro petinerunt. decreuit senatus honorifico S.C. ut his C. Claudius, Appij filius, Pulcher praetor de senatu cooptando leges conscribebet. C. Claudius, adhucis omnibus Marcellis, qui tum erant, de eorum sententia leges Halefinis dedit, in quibus multa sanxit; de actate hominum, ne quis

minor triginta annis natu; de quaefiu, quem qui fecisset, ne legeretur; de censu, de ceteris rebus, quae omnia ante istum praetorem & nostrorum magistrorum auctoritate, & Halefinorum summa uoluntate ualuerunt. ab isto & praeco, qui uoluit, istum ordinem pretio mercatus est: & pueri annorum senum, septuagintaq. denum senatorum nomen nundinati sunt: & quod Halefini, antiquissimi, & fidelissimi socij, atque amici, Romae impetrarant, ut apud se ne suffragijs quidem fieri licaret, id pretio ut fieri posset, effectum.

EXPLANATIO

L. LICINIO, Q. Mucio & L. Crasso oratore, Q. Scævola iurisconsulto, pont. max. C. CLAVDIVS cum ijs consulibus praetor fuerit, uidetur is esse, qui cum Perperna post biennium, legitimo intervallo, consulatum geslit. OMNIBVS Marcellis, & ut Siciliae patronis, & ut eiusdem, cuius ipse erat, gentis. fuere enim & Claudij Pulchri, & Claudij Marcelli, Pulchri patricij, Marcelli plebeij. NE QVIS minor triginta annis natu: docet hic locus, quo aetatis anno Romae senatores legi possent. cum enim Halefini de senatu cooptando leges ab senatu Romano petuerint: non est dubandum, quin eae leges imaginem quandam Romani senatus expresserint. itaque cum Pompeio, in Africam contra Domitium proscriptum, & Hiarbam regem proficiscenti, consulare imperium cum exercitu, adhuc equiti Romano, datum esset, dicente L. Philippo in senatu contra nescio quem, obijcentem, non oportere mitti hominem priuatum pro consule, non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere: laudauit eum Cicero his uerbis in suaſione Maniliae legis: Quid tam præter consuetudinem, quam homini peradolescenti, cuius a senatorio gradu aetas longe abefset, imperium, atque exercitum dari? DE quaefiu, quem qui fecisset, ne legeretur: quaefiu senatori Romae uetitum fuisse, aut certe non honestum, dubitare non poterit, qui locum illum uiderit in Parad. Propter auiditatem pecuniae nullum quaefiu turpem putas: cum isti ordini ne honestus quidem esse poscit ullus. DE censu, & legeretur, qui DCCC millia festertium, id est scutariorum xxxiiii millia, non possideret, qui mos Romae fuit.

ORATIO

AGRAGANTINI de senatu cooptando Scipionis leges antiquas habent: in quibus & eadem illa sancta sunt, & hoc amplius. cum Agragantinorum

duo generasint, unum ueterum, alterum colonorum, quos T. Manlius praetor ex S.C. de opidis Siculorum deduxit Agragantum: cantum est in Scipionis legibus,

bus, ne plures essent ex colonorum numero, quam ex veterum Agragantinorum. iste, qui omnia iura pretio exaequasset, omniumq. rerum delectum, atque discrimen pecunia sustulisset, non modo illa, quae erant aetas, ordinis, quaestusque, permisit, sed etiam in his dubios generibus, cuium nouorum, veterumq. dele-
tum, ordinemq. turbauit. nam, cum esset ex veterum numero quidam senator demortuus; & cum ex utroque genere par numerus reliquias esset; veterem cooptari necesse erat legibus, ut his amplius numerus esset. quae cum ita seres haberet, tamen ad istum uenerunt empum locum illum senatorium non solum veteres,

sed etiam noui, fit ut pretio nouus uincat, litterasq. a praetore auferat. Agragantini ad istum legatos mittunt, qui eum leges doceant, consuetudinemq. omnium annorum demonstrant, ut iste intelligeret, ei se illum locum uendidisse, cui ne commercium quidem esse oportet. quorū oratione iste, cum primum iam accepisset, ne tantulum quidem commotus est. Idem fecit Heracleae: nam eo quoque colonos P. Rupilius deduxit, legesq. similes de cooptando senatu, ac de numero veterum, ac nouorum dedit. ibi non solum iste, ut apud ceteros, pecuniam accepit, sed etiam genera veterum, ac nouorum, numerumq. permisit.

EXPLANATIO

Eadem illa ut in senatu cooptando haberetur ratio census, aetatis, quaestus, ceterarum rerum, quae in legibus C. Claudij nominarentur. Quae erant aetatis, ordinis, quaestusq. quae seruari oportebat. Ut his amplius numerus esset. pro, amplior. His autem, veteribus ciuiis. Ne commercium quidem, qui ne senator quidem, in pari veterum, nouorumq. numero, posset esse.

ORATIO

NOLITE expectare, dum omnes obeam oratione mea ciuitates: hoc uno complector criminis omnia, neminem isto praetore senatorem fieri potuisse, nisi qui ipsi pecuniam dedisset. hoc idem transero in magistratus, curationes, sacerdotia; quibus in rebus non solum hominum iura, sed etiam deorum religiones immortalia omnes repudiavit. Syracusis lex est de religione, quae in annos singulos iouis sacerdotem sortito capi ubeat: quod apud illos amplissimum sacerdotium putatur. cum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res renunciarunt ad sortem. perficerat iste imperio, ut pro suffragio Theomnastus, familiaris suis, in tribus illis renunciaretur. in sorte, cui imperare non poterat, expectabant homines, quidnam acturus esset. homo, id quod erat facillimum, primo uetat sortiri: iubet extra sortem Theomnastum renunciari. negant id Syracusani per religiones sacrorum ullo modo fieri posse, fas denique negant esse. iubet ille sibi legem legi. recitatur: in qua scriptum erat, ut, quot essent renunciati, tot in hydriam sortes coniicerentur; cuius nomen esset, ut is haberet sacerdotium. homo ingeniosus, & peracutus, optime, inquit: nempe scriptum ita est, quot renunciati erunt: quo ergo sunt renunciati? respondit, tres. numquid igitur oportet, nisi tres sortes concipi, unam educi? nihil. concipi iubet tres, in quibus omnibus scriptum esset nomen Theomnasti. fit clamor maximus, cum id uniuersis indignum, atque nefarium uideretur. ita iouis illud sacerdotium amplissimum per banc rationem Theomnastu datur. Cephalensis mensis est certus, quo mense sacerdotem maximum creari oporteat. eius honoris cupidus Athenio quida, Climachias cognomine, homo sane locuples, & domi nobilis: sed is fieri nullo modo poterat, si Herodotus quidam adestet, ei locus ille, atque honos in illum annum ita deberi putabatur, ut ne Climachias quidem tradiceret. res ad istum defertur, & istius more deciditur, toremata sane uota ac pretiosa auferuntur. Herodotus Romae erat: satis putabat se ad comitia tempore uenturum, si pridiu uenisset. iste, ne aut alio men-

se, ac fas erat, comitia haberentur, aut Herodotus praesenti bonos adimeretur, id quod iste non laborabat, Climachias minime nolebat, excoigitat (dixi iam dudum: non est homo acutior quisquam, nec fuit) excoigitat, inquam, quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adesse posset, est consuetudo Siculorum, ceterorumq. Graecorum, quod suos dies mensesq. congruere uolunt cum solis lunaeq. ratione, ut non numquam, si quid discrepet, existant unum aliquem diem, aut, summum, biduum ex mense: quos illi & aucti uos dies nominant. item non numquam uno die longior em mensem faciunt, aut bido. quae iste cum cognouisset, nouus astrologus, qui non tam caelirationem, quam caelati argenti, duceret, eximi iubet non diem ex mense, sed ex anno unum diuidiatumq. mensem, hoc modo, ut, quo die, uerbi causa, esse oporteret idus Ianuarias, eo die kalendas Martias proscripteret: itaq. fit omnibus recusantibus, & implorantibus. dies is erat legitimus comitiis habendis. eo modo sacerdos Climachias renunciatus est. Herodotus cum Roma reuertitur, dies, ut ipse putabat, quindecim ante comitia, offendit eum mensem comitialem, comitiis iam abhinc triginta diebus habitis. tunc Cephaleditanis decreuerunt intercalarium XLV dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reuertentur. hoc si Romae fieri posset, certe aliqua ratione expugnasse iste, ut dies XLV inter binos ludos tollerentur, per quos solos iudicium fieri posset. Iam uero censores quemadmodum in Sicilia isto praetore creati sunt, operae pretium est cognoscere. ille enim est magistratus apud Siculos, qui diligentissime mandatur a populo propter hanc causam, quod omnes Sicii ex censu quotannis tributa conferunt; in censu habendo potestas omnis aestimationis habendae, summacq. factiundae celsori permittitur. itaq. eum populus, cui maxima fidem suarum rerum habeat, maxima cura deligit; & propter magnitudinem potestatis hic magistratus a populo summa ambitione contendit. in ea re nihil obscure facere uoluit, non in fortitione fallere, neque dies

*d'es de fastis eximere: nihil sane nefre, nec malitiosi
fi cere conatus est: sed, ut studia cupiditatesq. bonorum,
atque ambitiones ex omnibus ciuitatibus tolle-
ret, quae res euertendae reip. causae solent esse, osten-
dit se in omnibus ciuitatibus censores esse facturum.
tanto mercatu praetoris indicio, concurrunt undique
ad istum Syracusas. flagrabat domus tota practoria
Studio hominum, & cupiditate: nec mirum, omnibus
comitijs tot ciuitatum unam in domum reuocatis. tan-
taq. ambitione prouinciae totius in uno cubiculo inclu-
sa. exquisitis palam pretijs, & liciationibus factis,
describebat censores binos in singulas ciuitates Timar-*

*chides. is suo labore, suisq. accessionibus, huius ne-
gotij, atque operis molestia consequebatur, ut ad
istum finis illa sollicitudine summa pecunia referretur.
Iam, hic Timarchides quantam pecuniam fecerit, pla-
ne adhuc cognoscere non potuisti: ueruntamen prior
actione, quam uxie, quam improbe praedatus ef-
set, multorum ex testimonij cognovisti. sed, ne mi-
remini, qua ratione hic tantum apud istum libertus po-
tuerit; exponam uobis breuiter, quid homo sit: ut
& ifsius nequitiam, qui illum secum habuerit, eo pra-
fertim numero, ac loco, & calamitatem prouinciae
cognoscatis.*

EXPLANATIO

Fas denique negant esse. & iniustum, ac nefarium esse dicunt. CEPHALEDII § paruum Siciliae op-
dum Cephaledium. & auxiliis § exemptos. INTER binos ludos § non a ludis uotiis, sed a Romanis ad Victoriae. dies enim inter hos XLV numerantur. PER QVOS solos § nam superioris actione
accusatoris, quae nonis Sext. incipiebat, & ludis uotiis, ac Romanis occupabantur; posteriores ludis
Victoriae plebejus, festis diebus. AESTIMATIONIS habendae, & de cuiusque bonis. SVMMAEQ.
faciundae § quantum quisque conferre debeat tributi nomine. VT studia cupiditatesq. honorum, & pri-
mis uerbis ironia cognoscitur, quia laudare Verrem uidetur: postremis auaritia indicatur, quasi met-
catu indicio, quo censura omnium ciuitatum emeretur. QVAE res euertendae reip. causae solent esse, &
quasi concordiae ciuium studeret Verres: cui nihil minus cordi esset. SVISQ. accessionibus, & cum ad
unumquemque accederet, honorisq. pretium, quem Verres daturus esset, postularet. HVIS negoti,
atque operis molestiam consequebatur, & non consequebatur ipse molestiam: nec sane uidetur, Molestiam
consequi, Latinum esse: sed sua molestia consequebatur, ut ad Verrem, nulla sollicitudine, summa pe-
cunia referretur. ideo contra ueteres libros, Molestia, reponere sum ausus. QVID hominis sit, § ma-
gis eum contemnit, quam si diceret, Quis homo sit. EO PRAESERTIM numero, ac loco, & inter ualda
miliares, & eos, quorum fidei omnia committeret.

ORATIO

IN mulierum corruptelis, & in omni eiusmodi lu-
xuria, atque nequitia mirandum in modum reperi-
bam hunc Timarchidem ad ifsius flagitiosas libidines,
singularemq. nequitiam natum, atque aptum fuisse:
inuestigare, adire, appellare, corrumpere, quiduis
facere in eiusmodi rebus, quamvis callide, quamvis
audacter, quamvis impudenter: eundem mira quae-
dam excogitare genera furandi: nam ipsum Verrem
tantum semper auaritia biante, atque imminenti fuisse,
ingemo, & cogitatione nulla, ut, quidquid sua sponte
faciebat, item ut uos Romae cognouisti, eripere po-
tius, quam fallere uideretur. huius uero erat ars, &
malitia miranda, quod acutissime tota prouincia, quid
cuicunque effet necesse, indagare, & odorari solebat, o-
mnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, atten-
tare, ex utraque parte caussas, uoluntates perspicere,

facultates, & copias; quibus opus esset, metum affi-
re; quibus expediret, spem ostendere: accusatorum,
& quadruplatorum quidquid erat, babebat in potesta-
te: quod cuicunque negoti conflari uolebat, nullo labore
faciebat: ifsius omnia decreta, imperia, litteras peri-
tissime & callidissime uenditabat: ac non solum erat
administer ifsius cupiditatum, uerum etiam ipse sui me-
minerat aequo: non solum nummos, si qui isti excede-
rant, tollere solebat, ex quibus pecuniam maximam
fecit, sed etiam voluptatum, flagitorumq. ifsius ipse
reliquias colligebat, itaque in Sicilia non Athenionem,
qui nullum opidum cepit, sed Timarchidem fugituon
omnibus opidis per triennium scitote regnasse, in Ti-
marchidis potestate sociorum populi R. antiquissimo-
rum, atque amicissorum liberos matres familias, bo-
na, fortunasq. omnes fuisse.

EXPLANATIO

NEgotii § molestiae, apud Verrem. habebat enim accusatores omnes, atque adeo praetorem ip-
sum in sua potestate. ATHENIONEM, & ducem fugitiorum. FUGITIVVM § Athenioni con-
dicione similem. uterque enim seruierat.

ORATIO

O R A T I O

Isigitur, ut dico, Timarchides in omnes ciuitates, accepto pretio, censores dimisit. comitia, isto praetore, censorum ne simulandi quidem causa fuerunt. iam hoc impudentissime. palam (licebat enim uidelicet legibus) singulis censoribus denarij trecenti ad statuam praetoris imperati sunt. censores cxxx facti sunt. pecuniam illam ob censuram contra leges clam dederunt, hacc denarium xxxix millia palam saluis legibus contulerunt in statuam. Primum, quo tantam pecuniam? deinde, quam ob rem censores ad statuam tibi conferebant? ordo aliquis censorum est collegium? genus aliquid hominum? nam aut publice ciuitates istos honores habent, aut generatim homines, ut aratores, ut mercatores, ut nauticulae. censores quidem quimagis, quam aediles? ob beneficium? ergo hoc fatebere, abs te haec petita (nam erepta non audebis dicere) te eos magistratus hominibus beneficij, non rep. causa permisisse. hoc autem cum tute fatebere, quisquam dubitat, quin tu istam apud populos provinciae istius iniuidiam atque offensionem non ambitionis, neque beneficiorum collocandorum, sed pecuniae conciliandae causa suscepisti? itaque censores fecerunt idem, quod in nostra rep. solent, qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestate gererent, ut illam lacunam rei familiae explorarent. sic census habitus est te praetore, ut eo sensu nullius ciuitatis resp. posset administrari. nam locupletissimi cuiusque census extenuarunt, tenuissimi auxerunt: itaque in tributis imperandis tantum one-

ris plebi imponebatur, ut, etiam si homines tacerent, res ipsa illum censum repudiaret. id quod intelligi facillime ipsa potest. nam L. Metellus, qui, postea quam ego inquirendi causa in Siciliam ueni, repente Laetiliu aduentu istius non modo amicus, uerum etiam cognatus factus est, is, quod uidebat istius censum stare nullo modo posse, eum censum obseruari iussit, qui, uiro fortissimo, atque innocentissimo, Sex. Peducaeо praetore habitus esset, erant enim tum censores legibus facti, delecti a suis ciuitatibus: quibus, si quid commisissent, poena legibus erant constitutae. te autem praetore qui censor aut legem metueret, qua non tenebatur, quoniam creatus lege non erat, aut anaduersiorem tuam, cum id, quod abs te emerat, uenidisset? Teneat iam sane meos testes Metellus: cogat alios laudare, sicut in multis conatus est: modo haec faciat, quae fecit. quis enim unquam tanta quoniam contumelia, quis tanta ignominia affectus est? Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. erat censa praetore Peducaeо. quintus annus cum te praetorae incidisset, censa denuо est. postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri uetus: censores dicit de integro sibi creari placere: interea Peducaeum censum obseruari iubet. hoc si tuus inimicus tibi fecisset, tamen, si animo aequo prouincia tulisset, inimici iudicium graue uideretur. fecit amicus recens, & cognatus uoluntarius. aliter enim, si prouinciam retinere, si saluus ipse in prouincia uellet esse, facere non potuit.

E X P L A N A T I O

DENARIIS CCC³ scutati xxxvi. EXTEVARANT, § censores a Verre creati. METVERIT, § rectius puto, Metueret. GRAVE § magni ponderis, cum tua singulari contumelia. AMICVS recens, § post Laetiliu aduentum: cum antea Verri multis in rebus aduersatus esset. SI PROVINCIA M. reuine, si saluus ipse in prouincia uellet esse, § excusare uidetur Metellum, sed accusat: quod ita sit mutatus, quasi ei summa uis adhibita esset. dicuntur enim haec per ironiam.

O R A T I O

EXPECTAS etiam, quid hi iudicent? si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te affectis, quam cum ea, quae in magistratu gessisti, futilit, atque irrita iussit esse. neque in hac re sola fuit eiusmodi, sed, ante quam ego in Siciliam ueni, in maximis rebus, ac plurimis. nam & Heraclio Syracusano tuos illos palestritas bona restituere iussit, & Epicratis Bidinos, & pupillo Drepanitano & I. Claudium: &, nisi mature Laetilius in Siciliam uenisset cum litteris, minus xxv diebus Metellus totam triennij praeturam residisset. Et, quoniam de ea pecunia, quam tibi ad statuam censores contulerunt, dixi: non mihi praetermittendum uidetur ne illud quidem genus pecuniae conciliatae, quam tu a ciuitatibus statuarum nomine coegisti. video enim eius pecuniae summam esse pergrandem, ad HS cxx millia. tantum conficitur ex testimonij, ac litteris ciuitatum: & iste hoc concedit, nec po-

test aliter dicere. quare cuiusmodi putamus esse illa, quae negat, cum haec tam improba sunt, quae fatetur? Quid enim uis constituit: consumptam esse omnem istam pecuniam in statuis? sic ita esse: tamen hoc ferendum nullo modo est, tantum ab sociis pecuniam auferri, ut omnibus in angiportis praedonis improbissimi statuae ponantur, qua uix turo transfigere posse uideamur. uerum, ubi tandem, aut in quibus statu ista tanta pecunia consumpta est? consumetur, inquires. scilicet expeditius legitimum illud quinquennium: si hoc intervallo non consumperit, tum denique nomen eius de repetundis pecuniis statuarum nomine deseremus. reus est maximis plurimisq. criminibus in iudicium uocatus: HS cxx millia ex hoc uno genere capta uidemus. si condemnatus eris; non, opinor, id ages, ut ista pecunia in quinquennio consumatur in statu. si absolitus eris; quis erit tam amens, qui te, ex tot tantisq. criminibus

criminibus elapsum, post quinquennium statuarum nomine accersat & ita si neque adhuc consumpta ista pecunia est, & perspicuum non consumptumiri: licet iam intelligamus inuentam esse rationem, quare & iste HS cxx millia uno genere conciliarit, & ceperit, & certi, si a uobis hoc erit comprobatum, quam uolent magnas hoc nomine pecunias capere possint. ut iam uideamus non a pecuniis capiendis homines abserrere, sed, cum genera quaedam pecuniarum capiendarum comprobauerimus, honesta nomina turpissimis rebus imponere. etenim si C. Verres HS cxx millia populum, uerbi gratia, Centuripinum poposcisset, eamq. ab his pecuniam absulisset: non, opinor, est dubium,

qui eum, si tum id planum fieret, condemnari necesse esset. quid, si eundem populum H-S ccc millia popescit, eq. cogit atque abstulit; num iccirco absoluetur, quod adscriptum est, eam pecuniam datam statuarum nomine? non opinor: nisi forte id agimus, non ut magistratibus nostris morā accipiendi, sed ut socijs causam dandi afferre uideamus. quod si quem statuae magnopere delectant, & si quis earum honore, & gloria ducitur; is haec tamen constitut, necesse est; primum, auerti pecuniam domum non placere; deinde, ipsarum statuarum modum quandam esse oportere; deinde ilud certe, ab inuitis exigi non oportere.

EXPLANATIO

A CLAVDIVM; 3 vide lib. IV. HS cxx millia. 3 scutatorum tria millia, sexcenti. PERGRANDEM 3 pecuniae summam uocauit: at haec pergrandis certe non est. malim, ccc millia. LEGITIMVM illud quinquennium 3 spatium conferenda in statuas pecuniae lege praescriptum. HS ccc millia 3 authic reponendum, cxx, ut supra: aut ubique, ccc: quod magis probo. NISI forte id agimus, 3 quod certe non agimus. Dixi iam, hoc loquendi genus ad negandum pertinere. MOREM accipiendi, 3 sic lego; & Auferre, probo, non, ut alijs placet, Afferre. Si absoluitis, inquit, Verrem, quod adscripterit, eam pecuniam sibi datam statuarum nomine: non auferetis magistratibus nostris morem accipiendi, qui auferri omnino debet, sed socijs caussam dandi. intelligent enim, Verre absoluto, pecuniam nemini esse dandam statuarum nomine. ita socii, ne pecuniam statuarum nomine dent, praescribere uidebimus: magistratibus autem nostris morem accipiendi, si socii dederint, non auferemus. socii uero ne dent, qui fieri poterit, imperante magistratu?

ORATIO

A C de auertenda pecunia, quero abs te, utrum ipse ciuitates solitae sint statuas tibi faciendas locare ei, cui possent optima condicione locare; an aliquem curatorem praeficere, qui statuas faciundi praeceſſet, an tibi, an cui tu imperas, adnumerare pecuniam? nam, si per eos statuae siebant, a quibus tibi iste bonos habebatur: audio. sin Timarchidi pecunia numerabatur: desine, quaeſo, simulare, te, cum in manifesto furto tenare, gloriae studiosum, ac monumentorum fuisse. Quid uero modum statuarum haberis nullum placet? atqui, habeatur, necesse est. etenim sic considerate. Syracusana ciuitas (ut eam potissimum nominem) dedit ipsi statuam: est bonos. & patri: bella haec pietatis, & quaefuosa simulatio. & filio: ferri hoc potest: hunc enim puerum non oderant. uerum quoties, & quot non inimib⁹ a Syracusanis statuas auferes? ut in foro statuerent, abstulisti: ut in curia, coegisti: ut pecuniam conseruent in eas statuas, quae Romae ponerentur, imperasti: ut iudem darent homines aratorum nomine; dederunt: ut iudem pro parte in commune Siciliae conferrent; etiam id contulerunt. Vna ciuitas cum tot nominibus pecuniam contulerit, idemq. hoc ciuitates ceterae fecerint, non res ipsa nos admonet, ut putetis modum aliquem huic cupiditati constitui oportere? Quod si hoc uoluntate sua nulla ciuitas fecit; si omnes impervio, metu, ni, malo adductae tibi pecuniam statuarum nomine contulerunt: per deos immortales, num cui du-

bium esse poterit, quin, etiam si quis statuerit accipere ad statuas licere, idem tamen statuat, eripere, certe non licere? primum igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo: quae mibi una uoce statuarum nomine magnam pecuniam coactam esse demonstrat. nam legationes omnium ciuitatum in postulatis communibus, quae sere omnia ex tuis iniurijs nata sunt, etiā hoc ediderunt, ut statuas ne cui, nisi cum is de prouincia decelisset, pollicerentur, tot praetores in Sicilia fuerunt: toties apud maiores nostros Siculi senatum adierunt, toties hac memoria: tamen huiusc noni postulati genus, atque principium tua praetura attulit. quid enim tam nouum non solum re, sed genere ipso postulandi: nam cetera, quae sunt in iisdem postulatis, de iniurijs tuis sunt noua, sed tamen non novo modo postulantur. Rogant, & orant Siculi patres conscriptos, ut nostri magistratus posthac decumas lege Hieronica uendant: tu primus contra uendideras. audio. ne, in cellam quod imperatur, aestiment: hoc quoque propter tuos termos denarios nunc primum postulatur: sed genus istud postulandi non est nouum. ne absentis nomen recipiat: ex Sthenij calamitate, & tua natum est iniuria, cetera non colligam. sunt omnia Siculorum postulata euſmodi, ut crimina collecta in unum te reum esse uideantur. quae tamen omnia nouas iniurias habent, sed postulationem formulas usitatias.

EXP LA

EXPLANATIO

AVDIO. § recte. NON oderant. § blandum, & qui Syracusanorum gratiam aetatis flore colligere. quo pertinet illud act. i. Cursare iste homo potens cum filio blando & gratiose circum tribus. ABSTULISTI. § non obtinuisti, sed abstulisti, pro imperio scilicet. sequuntur duo similia uerba, Coegisti, Imperasti. IN commune Siciliae. § in eas statuas, quas Verri prouincia Sicilia communi nomine decreuerat. HVIC cupiditati. § statuarum. SI QVIS. § in iudicando. Non nouo modo postulantur. § at de statuis novo modo postulatur, non, ut ne cogantur statuere, sed, ut ipsis ne liceat. infra. Tvos ternos denarios. § quos tu pro singulis tritici modiis exegisti: cum tamen binis tantum festertiis modius esset. Vide in Diuin. & lib. III.

ORATIO

HOc postulatum de statuis ridiculum esse uideatur ei, qui rem, sententiamq. non respiciat, postulant enim non, ut ne cogantur statuere: quid igitur? ut ipsis ne liceat. quid est hoc? petis a me, quod in tua potestate est, ut id tibi facere ne liceat? pete potius, ne quis te inuitum polliceri, aut facere cogat. nihil ergo, inquit: negabunt enim omnes se coegisse. si me saluum esse uis, mihi impone istam vim, ut omnino mihi ne licet polliceri. ex tua praetura primum nata est haec postulatio. qua cum uim uir, hoc significant, atque adeo aperte ostendunt, sepe pecuniam, metu, ac malo coactos, inuitissimos contulisse. quid, si hoc non dicant, tibi non necesse sit ipsi id confiteri? uide, & perspice, qua defensione sis usurus: iam intelliges, hoc tibi de statuis confundendum esse. mihi enim renunciatur, ita constita tua tuis patronis, hominibus ingeniosis, causam tuam, & ita eos abs te institui, & doceri, ut quisque ex provincia Sicilia grauior homo, atque honestior testimonium vehementius dixerit, sicuti Sicali multi primarij uiri multa dixerunt, te statim hoc ipsis tuis defensoribus dicere: inimicus est propterea, quod arator est, itaque uno genere opinor circumscribere habetis in animo genus hoc aratorum, quod eos infenso animo, atque inimico uisse dicatis, quia fuerit in decumis iste uehementior. ergo aratores inimici, omnes aduersarij: nemo eorum est, quin perisse te cupiat. omnino praeclare te habes, cum is ordo, atque id genus hominum, quod optimum, atque honestissimum est, a quo uno & summa reip. & il la prouincia maxime continetur, tibi est inimicissimum. uerum esto: alio loco de aratorum animo, & iniurijs nidero: nunc, quod mihi abs te datur, id accipio, eos tibi esse inimicissimos. nempe ita dicas: propter decumas. concedo: non quaero, iure, an iniuria sint inimici. quid ergo illae sibi statuae equestres inaugurate uolunt, quae populi R. oculos, animosq. maxime offendunt, propter aedem Vulcani? nam scriptum esse video, quandam ex his statuam aratores dedisse. si honoris causa statuam

dederunt, inimici non sunt. credamus testibus: tum enim honori tuo, nunc iam religioni suae consulunt. sin autem metu coacti dederunt, confiteare necesse est, te in prouincia pecuniam statuarum nomine per vim, ac metum coegisse. utrum tibi commodum est, elige. equidem libenter hoc iam crimen de statuis relinquam, ut mihi tu illud concedas, quod tibi honestissimum est, aratores tibi ad statuam honoris tui causa uoluntate sua contulisse. da mibi hoc: iam tibi maximam partem defensionis praecideris. non enim poteris, aratores tibi iratos esse, atque inimicos, dicere. O causam singularem: o defensionem miseram, ac perditam: nolle hoc accipere reum ab accusatore, & ut reum, qui praetor in Sicilia fuerit, aratores ei statuam sua uoluntate statuisse, aratores de eo bene existimare, amicos esse, saluum esse cupere. Me tuit, ne hoc nos existimetis: obrutus enim aratorum te stimoniis. utar eo, quod datur. certe ita uobis hoc indicandum est; eos, qui ipsis inimicissimi sunt, ut ipse existimari uult, ad ipsius honores, atque monumenta pecuniam non uoluntate sua contulisse. atque, ut hoc tamen facillime intelligi possit; quem uoles eorum testimoniū, quos produxero, qui in Sicilia testes sint, siue ciuem R. uelis, siue Siculum, rogato, & cum, qui tibi inimicissimus esse uidebitur, quise spoliatum a te dicet, ecquid suo nomine in tuam statuam contulerit? neminem reperies, qui neget: etenim omnes dederunt. quemquam igitur putas dubitaturum, quin is, quem inimicissimum tibi esse oporteat, qui abs te grauiissimas iniurias accepit, pecuniam statuae nomine dederit uia, atque imperio ad ductus, non officio, ac uoluntate? Et huius ego pecuniae, iudices, quae permagna est impudentissime. coaeta ab inuitis, non habui rationem, neque habere potui, quantum ab aratoribus, quantum ab negotiatoribus, qui Syracusis, qui Agraganti, qui Panormi, qui Lilybæti negotiantur, eset coactum; quoniam intelligitis ipsius quoque confessione ab inuitissimis coactam esse.

EXPLANATIO

RIDICULVM. § cum minime sit. PETIS a me, § ex persona senatus ad Siculum postulantem. QVOD in tua potestate est, § statuas pollicearis, necne: si modo ex tua uoluntate, non praetoris iussu, polliceris. NE QVIS. § ne magistratus. Nihil ergo, inquit: § hoc nihil est, inquit Siculus. HOMINIBVS ingeniosis, § ironia. infirmam enim defensionem excogitant. VEHEMENTIOR. § quasi trip. causa, non sua. VTAR eo, quod datur. § paullo ante: Quod mihi abs te datur, id accipio.

ORATIO

VENIO nunc ad ciuitates Siciliae : de quibus facil
lime iudicium fieri uoluntatis potest. An etiam
Siculi iniuiti contulerunt ? non est probabile. etenim sic
C. Verrem praeclarum in Sicilia gesisse constat, ut,
cum utrisque satisfacere non posset, & Siculis, & to-
gatis ; officij potius in socios, quam ambitionis in cives
rationem duxerit. itaque eum non solum patronū istius
insulae, sed etiam sotera inscriptum uidi Syracusis. hoc
quantum est ? ita magnum, ut Latino uno uerbo expri-
mi non possit. is est nimurum Soter, qui salutem dedit.
Huius nomine etiam dies festi agitantur, pulchra illa
Verrea, non quasi Marcellea, sed pro Marcellis,
quae illi istius iussu sustulerunt. Huius fornix in foro
Syracusis est, in quo nudus filius stat : ipse autem ex
equo nudatam ab se prouinciam prospicit. Huius statu-
uae omnibus locis erectae sunt, quae hoc demonstrare
uidentur, propemodum non minus multas statuas
istum posuisse Syracusis, quam abstulisse. Huic etiam
Rome uidemus in basi statuarum maximis litteris in-
cissum, a communi Sicilie datus. Quonobrem qui
hoc probari potest cuiquam, tantos honores habitos es-
se ab iniuitis ? His tibi etiam multo magis, quam ante
in aratoribus, uidendum, & considerandum est, quid
uelis. magna res est. utrum tibi Siculos publice priua-
timq. amicos, an inimicos exsimiliari sis ? si inimicos,
quid te futurum est ? quo confuges ? ubi nitere ? modo
aratorum honestissimorum hominum, & locupletissi-
morum, maximum numerum abs te abalienasti : nunc
de Siculis ciuitatibus quid ages ? dices, tibi Siculos es-
se amicos ? qui poteris ? qui, quod nullo in homine an-
te fecerunt, ut in eum publice testimonium dicerent,
cum praesertim ex ea prouincia condemnati sint com-
plures, qui ibi praetores fuerunt, duo soli absoluti, hic
conueniunt cum litteris, uenient cum mandatis, uenient
cum testimoniosis publicis. qui si te publice laudarent,
tamen id more potius suo, quam merito tuo, facere uiderentur : hi cum de tuis factis publice conqueruntur,
non ne hoc indicant, tantas esse iniurias, ut multo ma-
luerint de suo more decedere, quam de tuis moribus
non dicere ? confitendum est igitur tibi necessario, Si-
culos inimicos esse ; qui quidem & in te grauissima po-
stulata consulibus ediderunt ; & me, ut hanc cauſam,
salutisq. suae defensionem suscipere, obsecravunt : qui
cum a praetore prohiberetur, a quattuor quae statibus
impedirentur ; omnium minas, atque omnia pericula
prae salute sua leuia duxerunt : qui priore actione ita
testimonia grauiter, uebementerq. dixerint, ut Arte-
monem Centuripinum legatum, & publice testem, Q.
Hortensiuſ accusatorem, non testem esse diceret. etenim,
cum propter uirutem, & fidem cum Androne, homi-
ne honestissimo, & certissimo, tum etiam propter elo-
quentiam legatus a suis ciuibus electus est, ut posset
multas istius, & uarias iniurias quam apertissime uo-
bis, planissimeq. explicare. dixerunt Haleſini, Catin-
nenses, Tyndaritani, Ennenſes, Herbitenses, Agy-
rinenses, Netinenses, Segestani. numerare omnes non
est necesse. scitis, quam multi, & quam multa priore
actione dixerunt. nunc & illi, & reliqui dicent. omnes
denique hoc in hac causa intelligent, hoc animo esse

Siculos, ut, si in istum animaduersum non sit, sibi re-
linquendas domos, ac sedes suas, & ex Sicilia de-
cedendum, atque adeo fugiendum esse arbitrentur. Hos
homines, tu persuadebis, ad honorem, atque ampli-
tudinem tuam pecunias maximas uoluntate sua contu-
lisse ? credo, qui te in tua ciuitate in columen esse nol-
lent, ij monumenta tuae formae, ac nominis in suis
ciuitatibus esse cupiebant. res declarauit, ut cupierint.
iamdudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga
te uoluntatis argumenta colligere videor, utrum statu-
as uoluerint tibi statuere, an coacti sint. de quo ho-
mine auditum est unquam, quod tibi accidit, ut eius
in prouincia statuae in locis publicis positae, partim et
iam in aedibus sacris, per vim, per uniuersam multi-
tudinem deiſcentur ? tot homines in Asia nocentes,
tot in Africa, tot in Hispania, Gallia, Sardinia, tot in
ipsa Sicilia fuerunt : ecquo de homine hoc unquam au-
diuimus ? nouum est, indices, in Siculis quidem, & in
omnibus Graecis monſtri simile. non crederem hoc de
statuis, nisi iacentes, reuulsasq. uidiffem: propterea quod
apud omnes Graecos hic mos est, ut honorem homini-
bus habitum in monumentis huicmodi, non nulla reli-
gione deorum conferari arbitrentur. itaque, cum Rho-
dijs bellum illud prope soli superius cum Mithridate re-
ge gesserint, omnesq. eius copias, acerrimumq. eius im-
petum moenibus, litoribus, classibusq. suis exceperint,
cum & regis inimici praececerit ceteros essent; statua eius,
quae erat apud ipsos in celeberrimo urbis loco, ne tum
quidem in ipsis urbis periculis attigerunt. forsan uix
conuenire uideretur ; quem ipsum hominem cuperent
cuverere, eius effigiem, simulacrumq. seruare : sed ta-
men uidebam, apud eos cum esset, & religionem esse
quandam in his rebus a maioribus traditam, & hoc di-
ſputare ; cum statua se eius habuisse temporis rationem,
quo posita esset ; cum homine uero, quo gereret bellum,
atque hostis esset. uideris igitur consuetudinem, reli-
gionemq. Graecorum, quae monumenta hostium in bello
ipso soleat defendere, eam summa in pace praetoris po-
puli R. statuus praefidio non fuisse. Taurominitani, quo
rum est ciuitas foederata, homines quietissimi, qui maxi-
me ab iniurijs nostrorum magistratum remotissimi con-
sueuerant esse praefidio foederis, hi tamen istius euerte-
re statuam non dubitarunt. qua ablata, b. s. tamen in
foro manere uoluerunt : quod grauius in istum fore pu-
tabant, si scirent homines statuam eius a Taurominitanis
esse deiectam, quam si nullam umquam positam arbit-
rarentur. Tyndaritani deiecerunt in foro, & eadem
de causa equum inanem reliquerunt. Leontini, misera
in ciuitate, atque inani, tamen istius in gymnasio statua
deiecta est. Nam, quid ego de Syracusanis loquar, quod
non est proprium Syracusanorum, sed & illorum com-
mune, & conuentus illius, ac prope totius prouinciae ?
quanta illuc multitudo, quanta uis hominum conuenisse
dicebatur, tum, cum statuae sunt illius deiectae, atque
euersae : at quo loco ? celeberrimo, ac religiosissimo, an
te ipsum fountem, in primo aditu, uestibuloq. templi, quod
nisi Merellus hoc tam grauiter egisset, atque illum im-
perio, editoq. prohibuisset : uelut uiguum statuarum istius
in tota Sicilia nullum esset relictum. atque ego hoc non
uereor,

vereor, ne quid horum non modo impulsu, uerum omnino aduentu meo factum esse uideatur. omnia ista ante facta sunt, non modo quam ego Siciliam, uerum etiam quam iste Italiam attigit. dum ego in Sicilia sum, nulla statua deiecta est: postea quam illinc discessi, quae sunt gesta, cognoscete. Centuripinorum senatus decreuit, post publicisq. iussit, ut quae statuae C. Verris ipsius, & patris, & filii essent, eas quaestores demolierendas locarent; dumq. ea demolitio fieret, senatores triginta non minus aderent. Videat grauitatem ciuitatis, & dignitatem. neque eas in urbe sua statuas esse uoluerunt, quas iniuit per uim atque in perium dedissent; neque eius homini, in quem ipsi cum granissimo testimonio, quod numquam ante, Roman mandata legatosq. mississent: & id grauius esse putauerunt, si publico consilio, quam si per uim multitudinis factum uideretur. Cum hoc consilio statuas Centuripini publice sustulissent, audit Metellus, grauitate fert, euocat ad se Centuripinum magistratum, & decem primos: nisi restituisset statuas, uchementer ijs minatur. illi ad senatum renunciant: statuae, quae si in causa nihil prodeissent, reponuntur. Hic ego aliud alij concedo: Metello, homini sapienti, prorsus non possum ignorare, si quid stulte facit. quid est ille hoc putabat Verris criminis sum fore, si eius statuae essent deiectae? quod saepe uento, aut aliquo casu fieri solet. non erit in hoc neque crimen ullum, neque reprehensio, ex quo igitur crimen, atque accusatio nascitur? ex hominum iudicio, & voluntate. ego, si Metellus statuas reponere Centuripinos non coegisset, haec dicerem, ui-

dete, indices, quantum, & quam acerbum dolorem sociorum, atq. amicorum animis inuferint istius iniuria, cum Centuripinorum amicissima, & fidelissima ciuitas, quae tantis officiis cum populo R. coniuncta est, ut non solum remp. nostram, sed etiam in quovis homine priuato nomen ipsum Romanorum semper dilexerit, ea p[ro]p[ri]o blico consilio, atque auctoritate iudicari, C. Verris statuas esse in urbe sua non oportere. recitarem decreta Centuripinorum: laudarem illam ciuitatem: id quod uerisime possem: commemorarem decem millia ciuiu[m] Centuripinorum, fortissimorum, fidelissimorumq. sociorum, eos omnes statuisse monumentum istius in sua ciuitate nullum esse oportere. haec tunc dicerem, si statuas Adelellus non reposuisset. Velix querere nunc ex ipso Metello, quidnam sua u[er]i, & auctoritate mibi ex hac oratione praeciderit. eadem opinor omnia conuenire. neque enim, si maxime statuae deiectae essent, eas ego uobis possem iacientes ostendere: hoc uno uterer, ciuitatem tam grauem statuas iudicasse C. Verris demolierendas. hoc mihi Metellus non eripuit: hoc etiam addidit, ut querebam, si mibi uideretur, tam iniquo iure sociis, atque auctoritate imperari, ut ijs ne in suis quidem beneficiis liberio iudicio utiliceret: ut nos rogarem, ut conjecturam faceremus, qualem in ijs rebus in me. L. Metellum fuisse putaretis, in quibus rebus obesse mibi posset, cum in hac re tam aperta cupiditate fuerit, in qua nihil obfuit. sed ego Metello non irascor: neque ei suam purgationem eripio, qua ille apud omnes uititur, ut nihil malitiose, neque consulto fecisse uideatur.

EXPLANATIO

EV M N O N solum patronum istius insulae, sed etiam Sotera inscriptum uidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita magnum, ut Latino uno uerbo exprimi non possit. is est nimirum Soter, qui salutem dedit. & Soter, Graecū nomen esse, & eum significare, qui salutem dedit, ipso constat interprete Cicero. quo patet communis error eorum, qui Iesum Christum, cuius immortalia merita nullo satis uno uerbo exprimi Latine queunt, Seruatorem appellant. aliud enim est seruare: aliud, salutem dare. seruat is, qui, ne salus amittatur, aliqua ratione praefat: salutem dat, qui amissam restituit. quod si seruator non est soter, quia minus ualeat; saluator autem, ut in usitatum, Cicero uitauit; maluitq. dicere, Qui salutem dedit: nimirum, de eo si loquimur, qui afflictum genus humanum non in eodem statu seruauit, sed a semper interitu ad perpetuas uitias bona perdixit; quod summi Dei filius & fecit, & facere solus potuit; necesse est, uel Saluatorem appellare, quod σωτήρ graece dicitur, usurpato in re noua nouo uerbo; quod ueteres quoque probarunt, uel, Ciceronis exemplo, uti circumscriptio, & dicere, Is, qui salutem dedit. quamquam circumscriptio, ut interdum non commoda solum, uerum etiam necessaria uideatur, sic, iterata saepius, & dignitatem amittit, & satietatem parit. Addam quasi πάπερον, σωτήρ, & σωτίσα, potius quam, Soter, & Sotera, mihi scribendum uideri: cum loquatur Cicero de Siculis, quos Graeco sermone uos esse constat: unde illud lib. V. Siculorum uerbum, ἐδηλῶσαν. uel putandum est, inscriptionem illam Latinam fuisse, non Graecam: ut ex eo licet coniicere, quia patronum Siciliae dicit appellationem. A COMMUNI Sicilia datae, & malim, A communis Siciliae: quo modo paulo ante locutus est: ut iidem pro parte in commune Siciliae conferrent. Quid te futurum est? & pro, Dete: ut lib. I. Quid hoc homine facias? A PRAETORE & L. Metello, successore Verris. A QVATTGOR quaestoribus & duobus Verris, qui post eum in Sicilia remanserunt, & duobus Metelli. supra. APVD eos cum essent, & apud Rhodios. LEONTINI, & infra: Cum ex Leontino usque Lilybaceum aliquem uadaretur. MISERA: refertur ad inopiam: ut appareat, quam statuam deiecerunt, eam statuisse a Verte coactos. AT QVO loco? celeberrimo, ac religiosissimo, & figura ad amplificandum idonea: quale illud supra, Quem hominem dii immortales? Celeberrimo: quo notior Verris infamia. Religiosissimo: ubi deiicienda, nisi maximam ob causam, statuae non uiderentur. DECEM primi: erant magistratus, quem ad se Metellus euocauit: erant senatores, quorum triginta, dum statuas quaestores demolirentur, senatus decreto affuerunt: erant decem primi, quorum in senatu summus honor esset. VOBIS possem iacentes stendere. & cum illae essent in Sicilia, uos autem Romae.

ORATIO

IAM igitur est ita perspicuum, ut negare non possis, nullam tibi statuam uoluntate cuiusquam datam, nullam pecuniam statuarum nomine, nisi ui, expressam, & coactam, quo quidem in crimen non illud solum intelligi uolo, te ad statuas HS cxx millia coegisse; sed multo etiam illud magis, quod simul demonstrandum est, quantum odium in te aratorum, quantum omnium Siculorum sit, & fuerit, in quo quae uestra defensio futura sit, coniectura asequi non quo. Oderunt Siculi, togatorum enim causa multa feci. At hi quidem acerrimi, inimicissimiq. sunt, inimicos habeo ciues R, quod sociorum commoda, ac iura defendi. At socij in hostium numero se abs te habitos queruntur, aratores inimici sunt propter decumas. Quid: qui agros immunes liberosq. arant, cur oderunt & cur Halefimi? cur Centuripini? cur Segestanii? cur Halycienses? quod genus hominum, quem numerum, quem ordinem proferre possis, qui te non oderit, siue ciuium R, siue Siculorum? ut, etiam si causam, cur te oderint, non possem dicere, tamen illud dicendum potest, quem omnes mortales oderint, eum quoque uobis odio esse oportere. An hoc dicere audebis; utrum de te aratores, utrum denique Siculi uniuersi bene existiment, ad rem id non pertinere? neque tu hoc dicere audebis, neque, si cupies, licebit. eripiunt tibi istam orationem contemnendorum Siculorum, atque aratorum statuae illae equestres, quas tu paullo ante, quam ad Urbem uenires, ponis inscribiq. iussi; ut omnium inimicorum animos, accusatorumq. tardares. quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare auderet, cum uideret statuas ab negotiatoribus, ab aratoribus, a communii Siciliae? quod est aliud in illa provincia genus hominum? nullum. ergo ab uniuersa provincia, generatimq. a singulis eius partibus non solum diligitur, sed etiam ornatur. quis hunc attingere audeat? potes igitur dicere, nihil tibi obesse oportere aratorum, negotiatorum, Siculorumq. omnium testimonia, cum, eorum nominibus in statuarum inscriptione positis, omnem te speraris inuidiam, atque infamiam tuam extinguere posse? an, quorum auctoritate tu statuas cobonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero? Nisi forte, quod apud publicanos gratiosus fuisti, in ea re spes te aliqua consolatur, quae gratia ne quid tibi prodesse posset, ego mea diligentia perfeci, ut etiam obesse deberet, tu tua sapientia curasti. etenim rem totam, iudices, bressiter cognoscite. In scriptura Siciliae pro magistro est quidam L. Carpinatus: qui, & sui quaeclus causa, & fortasse quod sociorum interesse arbitrabatur, bene penitus in istius familiaritatem fese dedit. is cum praetorem circum omnia foras secesseretur, neque ab eo umquam discederet; in eam iam uenerat familiaritatem, consuetudinemq. in uendendis istius decretis, & iudicis, transfigendisq. negotiis, ut prope alter Timarchides numeraretur. hoc erat etiam capitalior, quod idem pecuniam ijs, qui ab isto aliquid mercabantur, senori dabant, ea autem feneratio erat huiusmodi, iudices, ut etiam hic quaeclus huic cederet. nam, quas pecunias ijs ferebat expensas, quibus-

cum contrahebat, aut scribae istius, aut Timarchidi, etiam ipsi referebat acceptas. idem praeterea pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fenerabatur. hic primo Carpinatus; ante quam in istius tantam familiaritatem peruenisset, aliquoties ad socios litteras de istius iniuriis miseras. Canuleius uero, qui in portu Syracusis operas dabat, furtu quoque istius permulta nominatim ad socios prescripserat ei, quae sine portorio Syracusis erant exportata. portum autem, & scripturas eadem societas habebat, ita factum est, ut essent permulta, quae ex societatis litteris dicere insuffi, ac proferre possemus. uerum accidit, ut Carpinatus, qui iam cum isto summa consuetudine, praeterea ratione coniunctus esset, crebras postea litteras ad socios de istius summis officiis in rem communem, beneficisq. mitteret. etenim tum iste omnia, quacumque Carpinatus postulabat, facere, ac decernere solebat: tum ille etiam plura scribebat ad socios, ut, si posset, quae antea scripserat, ea plane extingueret. ad extremum uero, cum iste iam dcedebat, eiusmodi litteras ad eos misit, ut hic frequentes obuiam prodirent, gratiasq. agerent, facturos esse, si quid imperasset, studiose pollicerentur: itaq. socii fecerunt: netere instituto publicanorum, non quo istum ullo honore dignum arbitrarentur, sed quod sua interessa putabant, se memores, gratosq. existimari, gratias isti egerunt: Carpinatum saepe ad se de eius officiis litteras misse dixerunt. iste cum respondisset, ea se libenter fecisse, operasq. Carpinati magnopere laudasset; dat amico suo cuidam negotium, qui ium magister erat eius societatis, ut diligenter caueret, atque prospiceret, ne quid esset in litteris sociorum, quod contra suum caput, atque existimationem ualere posset. itaque ille, multitudine sociorum remota, decumanos conuocat: rem defert. statuant illi, atque decernunt, ut eae litterae, quibus existimatio C. Verri laederetur, remouerentur, operaq. daretur, ne ea res C. Verri fraudi esse posset. Si ostendo, hoc decreuisse decumanos; si planum facio, hoc decreto remotas esse litteras; quid expectatis amplius? possum ne rem magis iudicatam afferre? magis reum condemnatum in iudicium adducere? at quorum iudicio condemnatum? nempe eorum, quos ij, qui seueriora iudicia desiderant, arbitrentur res iudicare oportere, publicanorum iudicio; quos uidelicet nunc populus iudices poscit; de quibus, ut eos iudices habeamus, legem ab homine non nostri generis, non ex equestri loco profecto, sed nobilissimo promulgatam uidemus. Decumani, hoc est principes, & quasi senatores publicanorum, remouendas de medio litteras censuerunt. habeo ex ijs, qui affuerunt, quos producam, homines honestissimos, ac locupletissimos, istos principes equestris ordinis, quorum splendore uel maxime istius, qui legem promulgavit, oratio, & causa nititur. uenient in medium: dicent, quid statuerint: profecto, si recte homines non mentientur, litteras enim communes de medio remouere potuerunt, fidem suam & religionem removere non possunt. ergo equites R. te suo iudicio condemnari uoluerunt: uos nunc, utrum illorum iudicium, an uoluntatem,

voluntatem , sequi malitis , considerate. at uide , quid te amicorum tuorum studium , quid tuum cōsilium , quid sociorum uoluntas adiuuet . dicam paullo amplius . neque enim iam uereor : ne quis hoc me magis accusatio-
ne , quam libere , dixisse arbitretur . Si istas litteras non decreto decumanorum magistrorum remouissent , tan-
tum possem in te dicere , quantum in litteris inueni-
sem : nunc , decreto isto facto , litterisq. remotis , tan-
tum mihi licet dicere , quantum possum ; tantum iudi-
ci suspicari , quantum uelit . dico , te maximum pon-
dus auri , argenti , eboris , purpurae , plurimam uestem
Melitensem , plurimam stragulam , multam Deliacam
supellecilem , plurima uasa Corinthia , magnum nu-
merum frumenti , uim mellis maximam Syracusis ex-
portasse ; his pro rebus , quod portuum non esset dat-
um , litteras ad socios misisse L. Canuleium , qui in por-
tu operas daret . satis ne magnum hoc crimen uidetur ?
nullum , opinor , maius . quid defendet Hortensius ?
postulabat , ut litteras Canuleij proferat ? crimen hu-
iusmodi , nisi litteris confirmetur , inane esse dicet ?
clamabo , litteras remotas esse de medio , decreto socio-
rum erupta mihi esse istius indicia , ac monumenta fur-
orum . aut hoc contendat numquam esse factum : aut
omnia tela excipiat , necesse est . negas esse factum ?

placet mihi ista defensio : descendit aqua enim condi-
cio , aequumq. certamen proponitur . producam testes ,
& producam plures eodem tempore . quoniam tamen ,
cum actum est , una fuerint , nunc quoque una sunt .
cum interrogabuntur , obligentur non solum iurisfurendi ,
atque excommunicationis periculo , sed etiam communis in-
terse conscientia . si planum sit , hoc ita quemadmodum
dico , esse factum : non poteris dicere , Hortensi , nihil in
istis fuisse litteris , quod Verrensi laceret . non modo id
non dices , sed ne illud quidem tibi dicere licebit , tantum ,
quantum ego dicam , non fuisse . ergo hoc uestro consi-
lio , & gratia perfectissis , ut , quemadmodum paullo ante
dixi , & mibi summa facultas ad accusandum dare-
tur , & iudicibus libera potestas ad credendum . quod
cum ita sit , nihil singam tamen , meminero me non sum
psisse , quem accusarem , sed recepisse , quos defendere ;
nos ex me carissimam non a me prolatam , sed ad me dela-
tam audire oportere ; me Siculus satis esse facturum , si ,
quae cognoui in Sicilia , quae accepi ab ipsis , diligenter
exposuero ; populo R. si nullus uim , nullus potentiam
pertinuero ; nobis , si facultatem uere , atque honeste iu-
dicandi fide , & diligentia mea fecero ; mibi in eo , si ne
minimum quidem de eo curriculo uitac , quod mibi sem-
per propositum fuit , decepero .

EXPLANATIO

TO GATORVM § ciuium Romanorum . MVLTA feci . § contra Siculos Verris defensio . sed hanc
illi defensionem eripit Cicero , subiungens : At hi quidem acerrimi , inimicissimiq. sunt . CAVSAM ,
cur te oderint , § omnino delendum arbitror , Te : desinit enim ipsum Verrem alloqui , & sermo-
nem conuertit ad iudices , concludens , eum quoque odio illis esse oportere . ISTAM orationem § qua
contemni a te Siculi debeat : qua Siculos possis contempnere . Non solum diligitur , sed etiam ornatur . § ironia . T V A sapientia § improba calliditate : ut infra . IN scriptura Siciliae § totam publicanorum ra-
tionem scripturam uocari , dixit Asconius . PRO MAGISTRO § societati publicanorum qui praecerat ,
magister ; qui magistri uicarius erat , pro magistro uocabatur . cum , Cicero , dare operas in scriptura ,
dixit in ep. ad Silium . Et in Parad . Ut iis , qui honeste rem quærunt mercaturis faciendis , operis dan-
dis , publicis sumendis , intelligimus opus esse quaesito : sic qui uidet . &c. CIRCVM omnia foras § ubi
cum aratoribus litigare opus esset . SCRIBAE istius , § quem anulo aureo in concione a Verre dona-
tum , & iam dixit , & dicet etiam pluribus uerbis lib. III . PORTVM autem , & scripturas § uidetur si-
gnificare , portum scriptura caruisse , scripturam uero unam fuisse in frumento exigendo , in qua Carpi-
nianus operas dedit , alteram in pascuis . Eadem , inquit , societas & portum , & scripturas habebat ,
ideat , omnibus praecerat uectigalibus . Quamquam in oratione pro lege Manilia unam tantum scriptu-
ram Cicero facit , eamq. in pascuis ponit . Cum hostium , inquit , copiae non longe absunt ; etiam si
irruptio facta nulla sit , tamen pecora relinquentur , agricultura deseritur , mercatorum nauigatio con-
quieticit . ita neque ex portu , neque ex decumis , neque ex scriptura uectigal conseruari potest . Auget
difficultatem Asconius ; qui , a Cicerone , ut uidetur , dissentient , rationem omnem publicanorum ,
quod paullo ante diximus , scripturam ait uocari . SOCII § societas publicanorum . OPERASQ. Car-
pinatus § quas dabant in scriptura , societatis negotium diligenter curans . NEMPE eorum , § equitum
Romanorum , quorum ex ordine publicani erant . RES iudicare § lego , & legi , ac reposui ante mul-
tos annos , RES iudicare : cum in prouulgatis libris esset , RES iudicare . mendum peperit Latinus sermo-
nis ignoratio . dicebant enim ueteres , RES iudicare , pro Iudicare : ut in hoc ipso libro : Ut sit , qui no-
bilicium res iudicet . Quo de genere loquendi supra diximus . NOSTRI generis , § equestri familia na-
ti , ut Cicero ipse natus erat . SED nobilissimo § ut appareat eum re ipsa commotum , non ulla generis
coniunctione , legem promulgasse de iudiciis communicandis , fuit autem is L. Aurelius Cotta praetor ,
lib. III . Quid possumus contra illum praetorem dicere , qui quotidie templum teneret , qui remp. sta-
te negat posse , ni ad equestrem ordinem iudicia referantur ? SPLENDORE § proprius splendor equiti-
bus , dignitas senatoribus tribuitur . NITATVR . § adiuuat promulgatam legem splendor eorum . ne-
mo est enim , quin tales uiros honore iudicandi in primis dignos esse censeat . CONDEMNARI uo-
luerunt . § refertur ad illud , Possum ne rem magis iudicatalem afferre ? magis reum condemnatum in iu-
dicium adducere ? at quorum iudicio condemnatum ? Dicit enim hoc : iudicarunt , nisi literas eas de
medio remouissent , fore , ut earum causa condemnaretis . ipsi igitur te suo iudicio condemnari uolue-
runt .

runt. At uoluntas alia fuit. Vide, quid te uoluntas adiuuet, deinde studet probare, obesse ei potius, quam prodesse, equitum illam uoluntatem, cum litteras remouerunt: cum hoc dicat, remotis litteris, plus & licere sibi dicere, & iudici suspicari, quam licuisset. **SOCIORVM** uoluntas, qui litteras ideo remouerunt, quia te saluum uellent. **PLVRIMAM** stragulam, cum stragulam a Meliteni distinguat, Meliteni non uidetur stragula fuisse. **DELIACAM**, aeris Deliaci primam nobilitatem post Corinthiam fuisse, iam dixi. **SUPPLECTILEM**, ex acre. supra: Supellectilem ex acre elegantiorem & Deliacam, & Corinthiam. **NON** fuisse, in iis litteris. **VESTRO** consilio, Verris enim consilium fuit de litteris remouendis. supra: At uide, quid teamorum tuorum studium, quid tuum consilium, quid sociorum uoluntas adiuuet. **GRATIAS**, qua impetrastis a decumanis, ut litterae illae de medio remouerentur. **SVMMA** facultas ad accusandum, tantum enim mihi licet dicere, quantum possum. **LIBERA** potestas ad credendum, ex iis, quae dixerim. supra: Tantum iudici suspicari, quantum uelit.

ORATIO

QUAPROPTER nihil est, quod metuas, ne quid mecum singam: etiam quod lactere habes. multa enim, quae scio abs te esse commissa, quod aut nimium turpia, aut parvum credibilia sunt, praetermittam: tantum agam de hoc toto nomine societatis: &, ut uerum scire possitis; quaeram, decreta ne sit, cum id inuenire; quaeram, remotae sint litterae, cum id quoque constabit; uos iam, me tacito, intelligetis. si illi, qui hoc istius causa decreuerunt, equites R. nunc idem in eum indices essent, an non istum sine dubio condemnarent, de quo litteras eas, quae istius farta indicarent, et ad se missas, & suo decreto remotas scirent esse? quem igitur ab iis equitibus R. qui istius causa cupiunt omnia, qui ab ea benignissime tractati sunt, condonari necesse esset; is a nobis, indices, illa via ratione absoluvi potest? ac, ne forte ea, quae remota de medio, atque excepta uobis sunt, omnia ita condita fuissent, atque ita abdite latuisse uideantur, ut hac diligentia, quam ego a me exspectari maxime puto, nihil horum inuestigari, nihil assequi potuerit: quac consilio aliquo, aut ratione inueniri potuerunt, inuenta sunt, iudicisse manifestis in rebus hominem iam teneri uidebitis. nam, quod in publicanorum causis uel plurimum aetatis meae uerbor, uehementerq. illum ordinem obseruo; fatis commode mihi uideor corum consuetudinem usu, tractandoq. cognoscere. itaque, ut hoc compori, remotas esse litteras societatis; habui rationem annorum, per quos iste in Sicilia fuisse: deinde quae si, quod erat inuentu facillimum, qui per eosdem annos magistri istius societas fuisse. sciebam enim hanc magistrorum, qui tabulas haberent, consuetudinem esse, ut, cum tabulas novo magistro tradirent, exempla litterarum ipsi habere non nollent. itaque ad L. Vibium, equitem R. uirum primarium, quem reperiebam magistrum fuisse eo ipso anno, qui mihi maxime quaerendus erat, primum ueni. sane homini praeter opinionem improviso incidi. scrutatus sum quae poti, & quae si omnia: inueni duos solos libellos ab L. Canulcio missos sociis exportu Syracusis, in quibus erat ratio scripta mensum complurium, rerum exportatarum istius nomine sine portorio. itaque ob signauit latim. nec erant haec ex eo genere, quod ego maxime genus ex sociorum litteris reperire cupiebam. uerum tantu inueni, indices, quod apud uos quasi exempli causa proferre possem. sed tamen, quidquid erit in his libellis, quantulumcumque uidebitur esse, hoc quidem certe manifestum erit. de ceteris ex hoc coniectaram facere debet. Recita mihi, quae so, bunc primum

libellum, deinde illum alterum. **LIBELLVS CANV.** LXXI. iam non quaero, unde C.D. amphoras melis habueris, unde tantam Melitensem ueslem, unde quin quaginta tricliniorum lectorum, unde tot candelabrum, inquam, iam quaero, unde haec habueris; sed, quo tibi tantum opus fuerit, id quaero. mitto de mello: sed tantum ne Melitensem, quasi etiam amicorum uxores, tantum lectorum, quasi etiam omnium istorum uillas ornatius esses? cum haec paucorum mesium ratio in his libellis sit, facite, ut uobis triennii totius ueniat in meatem. sic contendeo, ex his pars libellis apud unum magistrorum societatis repertis uos iam coniectura assequi posse, cuiusmodi praedo iste in illa provincia fuerit, quia multis cupiditates, quam uarias, quam infinitas habuerit, quantam pecuniam non solum numerata, uerum etiam huicmodi in rebus positam, confecerit, quae nobis alio loco planius explicabuntur: nunc hoc attendite. His exportationibus, quae recitatae sunt, scribit HS ix. socios perdidisse ex incelsima portori Syracusis, pauculis igitur mensibus, ut hi pusilli & contemptibili bellū indicat, farta praetoris, quae essent HS duodecies, ex uno epido solo exportata sunt. cogitato nunc, cum illa sit haec insula, quae undique exitus maritimos beat, quid ex ceteris locis exportaretur, putatis, quid Agraganto, quid Lilybaeo, quid Panormo, quid Thermis, quid Halesa, quid Catina, quid ex ceteris opidis, quid uero Messana, quem iste sibi locum maxime tum arbitrabatur, ubi animo semper soluto, liberoque erat, quod sibi iste Mamertinos delegerat, ad quos omnia, quae aut diligentius seruanda, aut occultius exportanda erant, deportaret. his inuentis libellis, ceteri remoti, & diligentius sunt reconditi. nos tamen, ut omnes intelligent hoc nos sine cupiditate agere, his ipsi libellis contenti sumus. nunc ad sociorum tabulas accepti & expensi, quas remouere honeste nullo modo potuerunt, & ad amicum tuum Carpinatum reuerte mur. Insipiebamus Syracusis & Carpinatio conseratas tabulas societas, quae significabant, multis nominibus eos homines uersuram a Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. erit uobis luce clarius, indices, cum eos ipsos produxero, qui dederunt, intelligetis enim, illa tempora, per quae, cum essent in periculo, pretio sese redemerunt, cum societas tabulis non solum consulibus, uerum etiam mensibus conuenire. Cum haec maxime cognoscemus, & iam in manibus tabulas haberemus; repente adspicimus litteras eiusmodi, quasi quaedam uulnera tabularum recentia.

centia, statim suspicione offensi, ad ea ipsa nomina oculos, animumq. transstulimus. erant acceptae pecuniae a C. Verrutio, sic tamen, ut usque alterum, r, litterae constarent integrae, reliquae omnes essent in litura. alterum, tertium, quartum, permulta erant eiusmodi nomina, cum manifesta res, cum flagitio sa tabularum, atque insignis turpitudo teneretur, querere incepimus de Carpinatio, quisnam esset is Verrutius, quicum tandem pecuniae rationem haberet, haerere homo, auersari, rubore, quod lege excipiuntur tabulae publicanorum, quo minus Romam deportentur, ut res quam maxime clara, ac testata esse posset; in ius ad Metellum Carpinatum uoco, tabulasq. societatis in forum defer. sit maximus concursus hominum, & quod erat Carpinati nota cum isto praetore societas, at feruatio, summe expectabant omnes, quid in tabulis contineretur. rem ad Metellum defer: me tabulas perspexisse sociorum: in his tabulis magna rationem C. Verruti permultis nominibus esse: meq. hoc perspicere ex consulum mensumq. ratione, hunc Verrutium neque ante aduentum C. Verris, neque post defensionem quidquam cum Carpinatio rationis habuiste. postulo, mihi respondereat, qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuniarius? in Sicilia sit, an decesserit, clamare omnes ex conuentu, neminem umquam ex Sicilia fuisse Verrutium. ego instare, ut mihi responderet, ubi esset? quis esset? unde esset? cur seruus societas, qui tabulas confecerit, semper in Verrutio nomine certo ex loco mendozus esset? atque haec postulabam; non quo illum cogi putarem oportere, ut ea misericorditer inuitus; sed ut omnibus istius furtar, illius flagitium, utriusque audacia perspicua esse posset. itaque illum iniuriae metu, conscientiaq. peccati mutum, atque exanimatum, ac nix uiuum relinquo: tabulas in foro summa hominum frequens exscribo: adhibentur in exscribendo de conuentu uiri primarij: litterae, litteraeq. omnes assimulatae, expressae, de tabulis in libros transferuntur. haec omnia summa cura, & diligentia recognita, & collata, & ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Si Carpinatus tum misericorditer noluit, responde mihi nunc tu, Verres,

quem esse hunc tuum paene gentilem Verrutium putas. fieri non potest, ut quem video te praetore in Sicilia fuisti, & quem ex ipsa ratione intelligo locupletem fuisse; eum tu in tua prouincia non cognoris. atque adeo, hoc ne longius, aut obscurius esse possit, procedite in medium, explicate descriptionem, imaginemq. tabularum; ut omnes mortales istius avaritiae non iam uelut gloria, sed ipsa cubilia uidere possint. Videtis Verrutium? uidetis primas literas integras? uidetis extremam partem nominis, caudam illam Verris, tamquam in luto, demersam esse in litura? sic habent se tabulae, indices, ut uidetis. quid expectatis? quid quaeritis amplius? tu ipse, Verres, quid sedes? quid moraris? nam aut exhibeas nobis Verrutium, necesse est, aut te esse Verrutium fateare. Laudantur oratores ueteres, Crassi illi, & Antonij, quod crimina diluere dilucide, quod copiose reorum causas defendere solebant, nimirum illi non ingenio solum bis patronis, sed fortuna etiam praeſliterunt. nemo enim tunc ita peccabat, ut desensioni locum non relinqueret; nemo ita uiuebat, ut nulla eius uitae pars summae turpitudinis esset expersus: nemo ita in maneflo peccato tenebatur, ut, cum impudens fuisset in facto, tum impudentior uideretur, si negaret. nunc uero, quid faciat Hortensius, avaritiae ne crima frugalitatis laudibus deprecetur? at hominem flagitiosissimum, libidinosissimum, nequissimumq. defendit. An ab hac eius infamia nequitiae uestris animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? at homo inertior, ignavior, magis uir inter mulieres nequam, impura inter uiros muliercula, proferri non potest. At mores commodi, quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? At haec sine cuiusquam malo. quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior umquam fuit? In hoc homine, atque in eiusmodi causa quid facerent omnes Crassi, & Antonij: tantum, opinor, Hortensij ad hanc causam non accederent; ne in alterius impudentia sua pudoris existimacionem amitterent: liberi enim ad causae, solutiq. ueniebant; neque committebant, ut, si impudentes in defendendo esse noluerint, ingrati in deserendo existimarentur.

EXPLANATIO

MECVM singam: ex me ipso. DECRETUM nec sit. a decumanis, ut litterae remouerentur. NULLA VI, aut ratione cogere uos neque uis ultra, neque ratio potest, ut eum absoluatis. ASSEQUI cum patendi significazione, ut Adipiscitur, apud Plautum. ERANT haec ex eo genere, quod ego maxime genus: cum tale illud in Diuin. Si quod tempus accidisset, quo tempore aliquid a me requirent, commodis eorum me non defuturum. TRICLINIORVM in quibus lecti, ubi accumberetur, ponebantur. ISTOREVM qui nunc tibi suffragantur. QUANTAM pecuniam: sociis ereptam. CONFECERIT consumperit. HS LX: subaudi, millia. scutati mille octingenti. HS DVODECIES, duodecies centena millia. scutatorum XXXVI millia, quorum uicesima, si ratio subducitur, ipsa est, quam Cicero posuit, HS LX millia. MAMERTINOS Messanenses ipsos dicit nam, cum Mamertini, natio Campana, Messanam habitatum proficiunt: Messanae urbis nomen mansit, Mamertini tamen ciues, & Mamertina ciuitas dicta est. propterea, cum agit Cicero de oneraria naui, quam Mamertini ad exportanda Verris furtar aedificarunt, ait eam Messanae aedificatam. VERSVRAM a Carpinatio fecisse, sumplisse pecuniam a Carpinatio. uersuram enim facit, qui creditorem mutat, id est qui pecuniam ab alio sumptam ad alium connertit. pro Fonteio: A quibus uersuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt. CONSULIBVS, anno ipso. MENSIBVS: quo clarius res patet. A C. VERRUTIO, a C. Verre Carpinatus acceperat eam pecuniam, ut in fenore collocaret: postea, ne res ea Verri fraudi esse posset, corrupti nomen, & fecit, A C. Verrutio. SERVVS societatis, is, qui societati operas dabat, qui tabulas scribebat. Carpinatum.

tum significat, is enim tabulas illas confecerat, supra: Inspiciebanus Syracusis a Carpinatio confecas tabulas societatis. **C**ETRO ex loco; post alterum r. **M**ENDOSVS effet?; mendum committeret, mendose scriberet. **N**ON QVO illum cogi putarem oportere,; cum res ipsa pateret satis. **I**STIVS fūta,; qui tantam pecuniam, iniuste a sociis exprellam, feneraretur. **L**ILLIVS; Carpinati, qui acceptam a Verre pecuniam fenori dedisset, posteaq. Verrem in Verrutium, deprauatis tabulis, conuertislet, **V**TRIVSQVE audacia; Verris in danda, Carpinati in accipienda pecunia: cum & ille daret, & hic accepere, ut feneraretur. **I**NIVRIAEB metu,; iniuriae, quam fecisset: delicti sui metu. **D**E conuentu; ciuium Romanorum. **P**AENE gentilem; est enim nominum similitudo. Ex **I**PSA ratione; quam habuit cum Carpinatio. **I**PSA cubilia; ubi iaceat. nam ex uestigiis coniicimus: in cubilibus autem, quod quaerebamus, inuenimus. Translatio a uenatoribus. In **M**ANIFESTO peccato; Valerius Probus apud Gellium lib. XIII. cap. 19. & hic, Peccatu, non Peccato, & lib. V. Fretu, non Fretu, legit, ex antiquissimo libro, quem Ciceronis libertus Tiro sua manu scriperat. **M**AGIS vir inter mulieres nequam, impura inter viros muliercula,; obijcit eadem Cludio in ea pro Domo. Qui contra fas, inquit, inter viros saepe mulier, & inter mulieres vir fuisset. Vtrumque uitium, auctore Suetonio, Curio pater obijciebat C. Caesari, appellans eum omnium mulierum virum, omnium virorum mulierem. In **A**TERIVS impudentia; qui impudenter peteret, ut defenderetur, cum esset nocentissimus: ut pejui Verres ab Hortensio. **S**VI pudoris existimationem amitterent. ; quod fecit Hortensius, in suscipienda Verris defensione. **L**IBERI; nihil praeter ingenium & fidem afferentes, non muneribus capti, aut beneficijs adducti. **N**E QV E committebant, ut, si impudentes; non committebant id, quod commisit Hortensius: qui si defendit Verrem, impudens est: si deserit, cum ab eo beneficia multa acceperit, ingratus existimabitur. illi eas caussas recipiebant, quas cum defenderent, impudentes non habebantur: (erant enim iustae) aut, si quas non recipiebant, quod impudentes in defendendo esse nollent, non ideo tamen ingrati putabantur: quia beneficia, aut munera non acceperant, ut accepit Hortensius a Verre. Ad hanc sententiam pertinet illud ad Att. Beneficio captus, ingratus esse non possum.



C I T A M A I T K I

M. TULLI

IN. LIBRVM. III. ACTIONIS. II CICERONIS . IN . VERREM

QVI . DE . FRVMENTO . INSCRIBITVR

PAVL I. MANVTII COMMENTARIUS



ORATIO. IIX

MNES, qui alterum, iudices, nullis impulsu inimicis, nulla priuati laesione inuiria, nullo praemio adducti, in iudicium reip. causa uocant, prouidere debent, non solum quid oneris in praesentia tollat, sed etiam quantum in omnem uitam negotij suscipere coenentur. legē enim sibi ipsi indicunt innocentiae, continentiae, uirtutumq. omniū, qui ab altero rationem uitiae reposcunt, atque eo magis, si id, ut ante dixi, faciunt nulla re commoti alia, nisi utilitate communi. nam, qui sibi hoc sumpsit, ut corrigit mores aliorum, ac peccata reprehendat; quis huic ignoscet, si qua in re ipse ab religione officij declinarit? quapropter hoc etiam magis ab omnibus eiusmodi ciuis laudandus, ac diligendus est, qui non solum re ipsius improbum removet, uerum etiam se ipsum eiusmodi fore profitetur, ac praefat, ut sibi non modo communis uoluntate uirtutis, atque officij, sed etiam ut quadam magis necessaria ratione recte sit, honestaque uenendum. ita hoc, iudices, ex homine clarissimo, atque eloquentissimo L. Crauso saepe auditum est, cum sensilius re tam paenitere diceret, quam quod C. Carbonem unquam in iudicium uocauisset. minus enim liberas omnium uoluntates rerum habebat, & uitam suam pluribus, quam uellet, obseruari oculis arbitrabatur. atque ille, ijs praesidijs ingenij, fortunaeq. mutatus, tamen hac cura continebatur, quam sibi, non dum confirmato consilio, sed ineunte aetate suscepit. quo minus etiam perspicitur eorum uirtus, & integritas, qui ad hanc rem adolescentuli, quam qui iam firmata aetate descendunt. illi enim, ante quam potuerunt existimare, quanto liberius uita sit eorum, qui neminem accusavint, gloriae causa, atque ostentationis accusant: nos, qui iam, & quid facere, & quantulum indicare possemus, ostendimus, nisi facile cupiditates nostras teneremus, numquam ipsimet nobis praeccidemus istam licentiam, libertatemq. uiuendi. atque hoc ego plus oneris habeo, quam quiceteros accusarunt: (sonus est id appellandum, quod cum laetitia feras ac uoluptate) uerum tamen hoc ego amplius suscepi, quam ceteri, quod ita postulatur ab omnibus, ut absit abstineant maxime uitij, in quibus alterum reprehenderunt. furem aliquem, aut rapacem accusaris:

uitandatibi semper erit omnis avaritiae suspicio, maleficum quempiam adduxeris, aut crudelcm: cauendum erit semper, ne qua in re asperior, aut inhumanius fuisse uideare. corruptorem, adulterum: prouident dum diligenter, ne quod in uita uelut in libidinibus apparet. omnia postremo, quae uindicaris in altero, tibi ipsi uebementer fugienda sunt. et enim non modo accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui, quod in altero uitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. ego in uno homine omnia uitia, quae possunt in homine perditio, nefarioq. esse, reprehendo; nullum esse uitium libidinis, sceleris, audacie, quod non in uinius istius uita perspicere possitis. ego in isto reo legē hanc, iudices, mihi statuo, uidendum ita esse, ut isti non modo factis, dictisq. omnibus, sed etiam oris uolorumq. illa contumacia, ac superbia, quam uidetis, dissimillimus esse, ac semper fuisse uidear. patior non moleste, iudices, eam uitam, quae mibi sua sponte anteauicunda fuerit, nunc iam mea lege, & condicione necessariam quoque futuram. Et in hoc homine saepe a me quaeris, Hortensi, quibus inimicitijs, aut qua inuiria adductus ad accusandum descendem? mitto iam rationem officij mei, necessitudinisq. Siculorum: de ipsis tibi inimicitijs responde. an tu maiores ullas inimicitias putas esse, quā contrarias hominum sententias, ac dissimilitudines studiorum, & uoluntatum? si dem sanctissimam in uita qui putat, potest ei non inimicus esse, qui quaestor consulem suum, consilijs commissis, pecunia tradita, rebus omnibus creditis, spoliare, relinquere, prodere, oppugnare ausus sit? pudorem, & pudicitiam qui colit, potest animo aequo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum le nocinium uidere? qui religiones deorum immortalium retinere uult, ei, qui fana spoliarit omnia, qui ex tensarum orbitis praedari sit ausus, inimicus non esse qui potest? qui iure aequo omnes putat esse oportere, is tibi non infestissimus sit, cum cogitet uarietatem, libidinemq. decretorum tuorum? qui sociorum iniurias, prouinciarumq. incommodis doleat, is in te non expilatio ne Asiae, uexatione Pamphiliae, squalore, & lacrimis Siciliae concitatetur? qui ciuium R. iura, ac libertatem sanctam apud omnes haberi uult, is non tibi plus etiam, quam inimicus, esse debeat, cum tua uerbera,

AA cum